Ad quorum singulum in omni humillitate ut rescribatur, statuitur. Et quidem, quoad primum: De praeatacta moneta Ragusana id, quod praeter incredibilem in regno hoc pecuniarium defectum nulla ferme minuta detur moneta, et si huius etiam usus et cursus cessare deberet, potiorem etiam inter populum hujatem, eiusmodi monetalibus minutiis vitae et subsistendi media sibi procurare debentem cessare, necessum esset communicationem, neque sine tali minuta moneta inter regni hujus incolae subsistere, sed nec confinia et militia per regnum soluta et solvenda exsolvi posset. Unde his suae majestati sacratissimae et augustae eiusdem aulae repraesentatio, usque quo de alia sufficienti minuta moneta provisum non fuerit, ut cum ulteriori huius cursu clementissime dispensetur, humillime supplicandum, et interim usque ad ulteriorem hac quoque in parte benignissimam dispositionem et resolutionem regiam, ut haec praeattacta etiam moneta in regno hoc currat, decerni.

(Ostalo kao nepotrebno izostavljeno).

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 81).

46.

24. travnja 1733.

Hrvatski sabor u Zagrebu o tečaju sedmica i šestica.

Articulus secundus.

Qua eadem fidelia ad aliud Regnum suae Majestatis Sacratissimae mandatum de eodem dato, die vero 17 mensis aprilis ad Dominos status dirrectum, ac *in merito septem et decenariorum* (!) respective in suo justo valore acceptationis sonans eidem altefatae suae Sacratissimae Majestatis medio praeinsinuatae cancellariae significandum resolverunt: Hactenus etiam et jam pridem eam ipsam mentem sui clementissimi domini perfectam habuisse domini status, ejusdemque conformitate publicatum id fuisse recordari; sed et practicatum undique acceptatosque praeinsinuatos septem et alios decenarios in suo justo crucigerorum respectivo valore sine difficultate scire, ultroque et ex superabundanti cursu ejusdem monetae tanto prorsius se acceptaturos et per universos regni huius incolas, in suo vero valore accipi debere publicaturos, quanto amplius ex ratione deffectus non solum cruciferorum, sed et omnis plane in hoc regno *monetae aegestatem publicam et universalem* experiuntur iidem domini status. Atque esto fors per unum, aliumve ex ignara, nec alium de monetas tam frequenter tractare solita plebe, aliquis actus contrarius et renitens demonstrabilis esset, idem actus devalvationem statim monetae inducere debere, censendus minime veniret, cum cruciferorum exiguitatem non solum incolae gremii regni huius, quo nulla poenitus intraret pecunia, sed et ipsi generalatus vicini stipendia annua a provintiis, ubi diversarum monetarum cursus et recursus adesset, tollentes, fateri necesse sit in tantum, quod et apud ipsos vini et panis quantitas nulla, unius cruciferi quantitate venalis inveniri possit.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 194).

47.

13. kolovoza 1733.

Hrv. sabor u Varaždinu zaključuje o tečaju nekih vrsta novaca i o zabrani dubrovačkih dinarića.

Articulus sextus.

Respectu tertii rescripti regii monetam Ragusanam, dinarich dictam, veluti deffectuosam tolli debere, septemdecenarios vero et septenarios per cruciferos respective septemdecim et septem, aureos, Czekini vocatos, non in maiori valore et praecio, quam floren. Rhen. 4, crucif. 9 ad instar aliorum communium justi ponderis aureorum acceptandos, ad unum demum florenum denarios centum, ad grossum autem unum denarios quinque computandos esse benignissime insinuatis, siquidem statibus et ordinibus in locum sufferendae dictae Ragusanae monetae necessitatis transmittendae alterius monetae quantitatem, pro hic ac nunc determinate providere impossibile quasi foret, extante intra hoc Regnum adeo exigua alia bona moneta, pro Ragusana, sine devalvatione tamen, vel si per absolutum taliter non admitteretur, per alia etiam

pecunia commutanda, ad interim decem millia Rhenensium in grossis, Hungaricis polturis et cruciferis provideri et transmitti, simulque etiam ex quo Ragusa quoque occasio quaepiam exigua preveniendae ad hoc regnum peccuniae extaret, apud ipsos vero eadem moneta a potiori cursum suum habere perhibeatur, ne intra hoc Regnum et Ragusanos tenuem illam recularum hucusque habitam distractionem cessare opporteat, clementissimas per suam majestatem sacratissimam eatenus dispositiones institui humillime supplicandum esse status et ordines judicarunt.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 249).

48.

4. studenoga 1733.

Hrvatski sabor u Zagrebu odlučuje o zamjeni zabranjenih dubrovačkih dinarića.

Supervenit quoque hesternae postae accursu suae sacratissimae caesareo-regiae majestatis die 29 imediate terminati mensis octobris Vienna emanatum rescriptum, quo mediante dominis statibus et ordinibus designandus excelsae cancellariae Hungarico-aulicae significandus desuper suppeditendae decem millium florenorum in minuta moneta summae, Varasdinum deductionis, ibidemque cum alia currenti bona moneta permutationis terminus, eaque permutatione subsecuta, Ragusanae monetae ulterior in districtu jurisdictionis banalis cursus nullatenus admittendus clementer committeretur: Quod postquam in publico perlectum et in vasalistica subiectione exceptum fuisset, status et ordines circa designandum praemissum terminum, eliminandamque ex regno praefatam monetam Ragusanam, habentes plures considerationes excell. domino comiti bano, etiam extra et finita praesenti generali congregatione suae majestati sacratissimae eatenus perscribendum submiserunt, et fiducialiter recomendarunt.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 265).

49.

28. lipnja 1734.

Hrvatski sabor u Varaždinu odlučuje o zamjeni dubrovačkih dinarića.

Die 22 mensis decembris anni 1733 proxime praeteritorum (!) circa ulterius non admittendum monetae Ragusanae cursum et permuttandam decem millium Rhenens. summam, dominis statibus et ordinibus Vienna inviato benigno rescripto publice perlecto, conclusum est, suae sacratissimae majestatae humillime perscribendum esse, quod ante dictae summae permutationis, ex rationibus de antedicta conferentia repraesentatis,[1] hoc regnum necessitatem non habeat, consequenterque suppli-

[1] Odnosni zaključak konferencije donesen pod toč. 10. od 30. siječnja 1734. glasi: »Perlectum quoque fuit benignissimum suae majestatis sacratissimae de dato Vienna Austriae die 22. mensis decembis anno proxime evoluto 1733, ad status et ordines directum et inviatum mandatum: occasione cuius comutationis 10000 fl Rhenen. bonae

candum esse, quatenus specificata decem millia minutae monetae huic non transmuttantur. Ragusanae vero monetae ulterior cursus et acceptatio quemadmodum praesente etiam statuti interdiceretur, et praeinterdicta publicaretur, ita etiam talis facta interdictione ejusdem suae majestatis notificanda veniet.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 289).

50.

9. rujna 1734.

Hrvatski sabor u Zagrebu o tečaju nekih vrsta novaca i optjecaju dubrovačkog dinarića.

(Nepotrebno ispušteno) ... benignum suae majestatis sacratissimae caesareo-regium de dato Vienna Austriae die 27^{mae} mensis proxime effluxi augusta anno nunc currenti 1734: ex excelsa aulico-hungarica cancellaria in facto Turcicae, para dictae, et Raguseae, denarich vocitatae monetae de districtu jurisdictionis banalis ex integro eliminandae, septemdecenariorum vero, et septenariorum integralis et communis restituendi valoris, ac dein aureorum ordinariorum justi ponderis 4 Rhenen, 9 crucifer. Cremniczensium demum, et Venetorum, zechini dictorum, pariter justi ponderis 4 Rhenen. 12 crucifer. recipiendi pretii, dominis statibus et ordinibus in communi sonans, rescriptum publice perlectum postquam fuisset, non sine admiratione, tenore ex ejusdem domini status et ordines, Joannis Antonii Bittner, alias, uti ibidem declararetur, constituti montium judicis et monetarum probatoris camerae aulicae quasi praemissae Raguseae monetae prior cursus retineretur, septemdecenariorum autem et septenariorum praettactus valor retrusus et diminutus haberetur factam relationem, ita et praedictae para Turcicae monetae delatum cursum intellexerunt, ubi tamen eadem Turcica moneta (in quantum Dominis statibus et ordinibus constare posset) in Regnis istis nec visa, multo minus acceptata fuisset. De moneta vero Ragusana, post ejusdem iteratas in publice Regni congregatione declaratas et articulariter etiam conclusas abolitiones, atque elimitationes, nec suae excell. banali, qua regni capiti dignissimo, sed nec statibus et ordinibus, de

et currentis monetae pro alia minuta pecunia, per banchalitatem suae majestatis subministranda, competens terminus per eosdem status et ordines designati praeciperetur, et quia ob penuriam majoris in regno pecuniae, adeo magna circa congregationem et congregationem praefatorum 10000 Rfl crassioris et majoris pecuniae occureret dificultas, quod intra specificatum in eodem benignissimo rescripto terminum haberi in tanta quantitate ne utiquam valeret, de pecunia autem minuta misera plebs partim ex vicinis Carnioliae et Styriae provinciis, partim ex conterminis Varasd. et Carlostadien. generalitibus, cum quibus traphicam et comercia sua exercerent. Ragusanae monetae denariorum dictorum cassatione publicata jam existente, in tantum (uti quotidiana testatum rederet experimentia) sibi providisset, quod omnino subministrationis eiusmodi comutandae minutae pecuniae necessitas expiare videretur, ideo litteratenus instandum erit, quatenus ad incassationem usque novissimae impositae dicae et contributionis regni (unde vel optime constare valebit, an scilicet necessaria sit, eiusmodi comuttandae pecuniae subministratio, nec ne?) suppeditationem ejusmodi pecuniae differre usque etiam ad submittendam ulteriorem per dominos status et ordines eo in puncto informationem sua majestas sacratissima dignaretur.

ulteriori ejusdem cursu ulla facta fuisset repraesentatio; in praemissarum itaque monetarum negotio taliter sinistram factam esse declarationem, suae majestati sacratissimae rescribendo domini status et ordines exprimendum et detegendum concluserunt. Ex quo autem Ragusana moneta a Graecis, Turcis et Ragusanis quam plurimum regna ista penetrasset, eisdem Graecae, Turcicae et Ragusanae sortis atque conditionis hominibus et traphicantibus, eadem Ragusam (!) monetam libera extradandam, domini status et ordines decreverunt, ut eo facilius de regnis istis tolli et eliminari valleat. In valore minutae monetae, uti essent cruciferi, duarii sive czvajer, et obuli, fenigh dicti, quoniam plebs horum regnorum minus capacitata et informata esset, talem vero minutam monetam vel ex ratione etiam alterius praedeclaratae interdictae Ragusanae regnis in istis quoque suum cursum et acceptationem habere opporteret: Ideo tum ejusdem minutae observandam acceptationem, cum etiam valorem per judices comitatuum processuales cathedraliter promulgandum d. status et ordines volunt et concludunt. Et quia hoc etiam adverteretur, quod antecedenter ex confiniis quoque jurisdictioni banali vicinis et conterminis, praesertim vero Carlostadien., moneta Ragusana regna in ista adferri solita praefuisset, hinc concluditur suae majestati sacratissimae perscribendum, et humillime supplicandum, ut medio sui consilii bellici apud eosdem quoque praemissae monetae ulteriorem cursum sive acceptationem interdicere dignaretur. Ut porro in bonis olim Zriniano- et Frangepaniano-Fiscalibus per inclytam interioris Austriae cameram actualiter possessis, jurisdictioni regni subjectis, quoad praemissas monetas secundum benignissimam suae majestatis sacratissimae mentem et voluntatem, de praesenti quoque factae dispositiones, tanto punctualius observentur, eidem inclytae camerae de instituenda et ordinanda eatenus suorum hominum et jobbagionum accommodatione, perscribendum erit.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 300–303).

51.

16. svibnja 1737.

Hrvatski sabor u Varaždinu ponovo zaključuje o zabrani dubrovačkog dinarića i njegovoj zamjeni.

Cum benignis rescriptis regiis quoad prohibitionem monetae Ragusanae Dinyarich dictae in districtu jurisdictionis banalis ad praesens exacte satisfiat, vel si non, quo ex capite illorum observantia intermissa haberetur, suae majestati sacratissimae dandam genuinam informationem percipiente, Vienna 6ta mensis aprilis anni currentis ad dominos status et ordines expedito clementissimo rescripto, publice perlecto: eadem moneta denuo prohibetur et interdicitur, sed ex quo non saltem per tres illas campagnias ex generalatu Carlostadiensis, in quo sua quarteria fixa habebant, ad comitatum Zagrabiensem contractas, verum etiam per residuam eius regiminis Wsletichiani partem, quae in eodem generalati erat inquarterisata, ac abinde per modofatum comitatum Zagrabiense ad designata campamenti loca pertransivit, praemissa Ragusana moneta

a potiori in sua transena cuncta exolvisset, in hoc juridictionis banalis regnum in notabili quantitate inducta esset, in diesque tam de eodem Carlostadiensi, quam et Varasdiensi veluti nobis vicinis et conterminis generalatibus (in quibus prout et vicinis Styriae et Carnioliae partibus – ut referetur – eius cursus et acceptatio adhucdum duraret) notabiliter induceretur, suae majestati sacratissimae, quatenus eius monetae in praemissis locis et jurisdictionibus ulteriorem cursum et acceptationem interdicere prout et mensuram arridorum et liquidorum Poseniensi conformatam in dictis generalatibus observari facere benignissime praecipere dignetur, humillime supplicandum veniet.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 6, pag. 446).

52.

22. svibanj 1740.

Hrvatski sabor objavljuje tečaj zlatnika.

Articulus quartus

Sabor doslovce objavljuje kraljevski otpis od 29. travnja 1740. u predmetu tečaja raznovrsnih zlatnika.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 7, pag. 76).

53.

1. listopad 1740.

Hrvatski sabor u Varaždinu o optjecaju bavarskih groša

Articulus 15^{tus}

De grossis Bavaricis.

Quia in aliis suae regiae majestatis ditionibus grossi Bavarici non nisi cruciferos duobus, hic vero tribus acceptari fidedigne subordinaretur, neque hactenus quodpiam de praetio dictorum grossorum domini status et ordines accepissent intimatum, ideo status et ordines nomine publico suae regiae majestati esse scribendum decernunt, an revera praetium dictorum grossorum in aliis suae regiae majestatis provinciis ad cruciferos duos se reductum, ut percepto inde intimato, cursus eorundem in hocce quoque regno valeat regulari.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 7, pag. 121).

54.

1. listopada 1740.

Hrvatski sabor u Varaždinu o tečaju zlatnika.

Articulus 17^{mus}

De cursu aureae monetae

Lectum fuit benignissimum suae olim caesareo-regiae Majestatis ad suam excellentiam banalem sonans, ac inviatum, et de dato 30 mensis septembris Vienna Austriae emanatum rescriptum, quo mediate non nisi

aurei Cremniczenses cum aggio 12 cruciferorum, et alii aeque caesareo-regii ordinarii aurei 9 cruciferorum auctionali praetio, alii vero per consequens etiam principum et aliorum statuum imperii aurei regulariter cusi et justi ponderis tam apud caesareo-regia publica officia et cassas cum praetio auctionali seu aggio 7 et 1/2 cruciferorum acceptentur, et inde iterum errogentur, praecipitur. Quod benignum suae caesareo-regiae olim majestatis benignissimum rescriptum quemadmodum mox post sui perceptationem publicatum, per totum regnum fuit, ita et hoc facto publicatur.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 7, pag. 121).

55.

27. travnja 1745.

Hrvatski sabor u Zagrebu o zabrani unosa groša, nazvanih rešetarima i paličarima.

Articulus vigesimus quartus.

De cursu monetae Bavaricae et grossorum Luciorum sublatione, ac ejusdem ad regnum importationis prohibitione Notitia publica evictum siquidem esset, contra expressum benignum mandatum regium et publicam dominorum statuum et ordinum dispositionem inhibitionemque, monetam Bavaricam, signanter grossos, ita et alios Lucios grossos, vulgariter ressetari et palichari dictos, in regnum hocce per nonnullos notanter (uti fidedigne refertur) quendam Ratko et Ioannem lanionem Zagrabiensem in regnum hocce inductam et importatos haberi. Ob hoc status et ordines mentionati benigni mandati regii debitam habentes reflexionem, ad praecavandas etiam ulterioris miserae plebis defraudationes ultro concludunt et ulteriorum memoratae monetae amodo et imposterum importationem in majori quantitate sub indispensabili capitis ammissione, in minori vero poena dupla illatae pecuniae inhibent. Exportatione actualiter in regno existentes ejusdem monetae talem habentibus, usque ad festum S. Stephani regis Hungariae et nec ultro admissa. Contra annotatos vero Ratko et Ioannem lanionem Zagrabiensem, aliosque similiter hicce Zagrabiae coram domino Judlium Kraiachich, alibi vero per processuales inquirendum et legaliter procedendum stutuitur, reique et nocentes adinventi in poena refusionis proximis et publico illorum idcirco damnorum convincendi determinantur: ac denique ultra in cursum supramentionatae poenae tricesimatores aliique quicunque apud quemcunque, post antefatum festum S. Stephani terminum, imo occasione importationis et antea praemissarum monetarum refererint, talem libere confiscandi, accipiendi et in usus suos licite convertendi haberunt facultatem. Quae articulis dominorum statuum et ordinum dispositio cathedaliter quo citius publicanda veniet.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 35).

56. *24. listopada 1746.*

Hrvatski sabor u Zagrebu potvrđuje zabranu uvoza nevaljanih groša.

Articulus duodecimus

De grossis Luciis tollendis.

Ut grossi Lucii juxta factam jam articularem dispositionem ultro cursum suum non habeant, statuitur. In Andream porro Ratko et Petrum Juratovich, veluti huiusmodi monetae inductores, per eorundem jurisdictionis in praesentia fidedignitatis comitatensis serio et pro demerito animadvertentum decernitur. Ne autem huiusmodi moneta in vicinis Varasdien. et Carlostadien. generalatibus cursum habeat et abinde in regnum infferatur, pro series ad dictos generalatus extradandis mandatis suae majestati sacratissimae humillime supplicandum veniet.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 112).

57. *24. listopada 1746.*

Hrvatski sabor u Zagrebu objavljuje tečaj zlatnika.

Articulus decimus tertius

Patentes de cursu monetae publicantur.

(Sabor objavljuje kralj. otpis od 7. srpnja 1746.).

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 112).

58. *5. ožujka 1749.*

Hrvatski sabor u Zagrebu donosi odluku s obzirom na sve veći optjecaj zabranjenih groša.

Articulus XXXIII

De grossis Luciis.

Siquidem tanta grossorum Luciorum quantitas in regnum illata, et per commutationem pro iisdem bonae et currentis monetae ejusdem summa, et usque adeo magna in regna haecce raritas inducta haberetur, ut vix alicubi una aut alia currentis suae majestatis sacratissimae monetae species conspiciatur. Iidem porro grossi Lucii non nisi in duobus cruciferis cursum suum in vicino ducatu Carnioliae habere referantur, sed neque in vicino aeque ducatu Styriae Graecii a mercatoribus harum partium pro coemendis mercibus acceptarentur. Proinde suae majestati sacratissimae humillime supplicandum veniet, ut sive tandem praefatorum grossorum Luciorum cursum in regno hocce et vicinis eidem Varasdiensi et Carlostadiensi generalatibus totaliter prohibere et in tricesimis aliisque locis eorundem contrabandum et confiscationem admittere, sive vero praetium et valorem eorundem ad cruciferos duos reducere, ac demum, si ex altissimis sibi cognitis rationibus neutrum horum placeret, eorundem grossorum cursum et acceptationem in vicinis Styriae, Carnioliae et Carinthiae, aliisque provinciis et regnis suis benignissime demandare dignaretur.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 308).

59.

15. rujna 1749.

Hrvatski sabor u Zagrebu odlučuju o zabrani optjecaja loših groša.

Articulus sextus.

Grossorum Luciorum, Bavaricorum et aliarum probihitarum monetarum cursus impediendus statuitur.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 336).

60.

7. rujna 1750.

Hrvatski sabor u Zagrebu odlučuje u istom predmetu.

Budući da bavarski groši čine najveći dio novca u optjecaju, sabor moli kralja, da odredi njihovu zamjenu u tridesetnicama i solanama uz tečaj od 3 krajcara, kako narod ne bi štetovao.

(Prothocollum congreg. gen. vol. 8, pag. 481).

Prilog 2.

NEKOLIKO VAŽNIJIH KRALJEVSKIH I BANSKIH OTPISA U NOVČANIM PITANJIMA HRVATSKE

61.

26. svibnja 1693.

Kralj Leopold određuje valvaciju kovanog novca.

(Acta congreg. comit. Varasd. fasc. 1.).

Leopoldus ....

(naslov izostavljen)

Ex demissa Camerae nostrae aulicae relatione denuo benigne informamur complures in diversis Regni hujus nostri comitatibus, ac ne fors hoc vero quoque Varasdinense se regiis mandatis et patentibus nostris quod auctam ad extrinsecum valorem monetam nostram caesareo regiam, ita videlicet ut ducatus aureus pro quatuor florenis Rhenenses, thalerus autem pro duobus florenis, pecuniae vero quinque grossorum seu quinarii pro septemdecim et duorum grossorum sive duplices grossi nostri pro septem cruciferis acceptentur, necdum obsequenter accommodare, exinde denique mediocres in mutuo commerciorum cursu videri obstaculum, quod denarii Hungaricales in superioribus regni Hungariae partibus sex, in inferioribus vero quinque pro grosso computentur. Pro quo obstaculo tollendo et amovendo necessarium videbatur, imo jam actu etiam officialibus officinae nostrae monetariae Cremniczensis demandatum esset et commissum, ut loco nummorum Hungaricalium duarios et grossos juxta ligam Lipsicam

ibidem posthac cudere debeat. Quorum duariorum numero sex pro grosso per totum regnum aequali cursu passim errogari valeant.

Ne itaque posthac tam in una quam in alia praemissarum dispositionum nostrarum quaepiam renitentia aut morositas inter fideles nostros subditos pacto quolibet ulterius vigere et continuari consequenterque praeattactus mutuus commerciorum cursus turbari queat ac impediri, vos eapropter vigore praesentium serio adhortandos et commonendos, immo firmiter etiam vobis committendum esse duximus, quatenus quivis benignissimus in attacta re monetaria ... praenotati augmenti et quantitatis dispositionibus nostris vosmet per omnia accommodare ... debeatis et teneanimi. Secus nullatenus facturi ... Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima sexta mens. Maij anno millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio.

Leopoldus.

62.

18. rujna 1693.

Kraljevska odredba u istom predmetu.
(Acta congreg. gen. fasc. 2, No 39–1693.).

Leopoldus (naslov izostavljen)

Quandoquidem ea esset benigna et seria mens et voluntas nostra, quatenus pro mutuis commerciis et correspondentiis per haereditaria Regna et provincias nostras rite observandis moneta in aequali valore acceptetur, suum cursum habeat. Quemadmodum hic in Archiducatu nostro Austriae aliisque vicinis provinciis, ita et per ambitum regnorum Hungariae, Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae nostro pariter haereditariorum Imperiales justi ponderis Talleri ad extrinsecum valorem adauctum pro duobus florenis Rhenensibus passim errogentur, et acceptentur, sicque maedii, sive dimidiati in floreno, et quartales omnino talleri, in medio floreno proportionate in commercio currant. Qui quidem quartales, cum sint imperialis monetae, sub imagine nostra et aquila cum addita bina quoque virginis effigie modica in officinis monetariis memorati Regni nostri Hungariae defacto cuduntur. Quinarii vero grossi salva priori intrinseca eorundem bonitate sub ejusdem Sacratissimae Matris Virginis, et nostra Effigiebus, ut antehac cusi cum reliquis in provinciis nostris aliis haereditariis pariter cusis, imposterum ad sex grossos extendantur. Loco denariorum autem Hungaricalium, quorum in Hungaria inferiori quinque, in superioribus vero praescripti regni nostri partibus sex pro grosso dari solebant, posthac duarii, seu medii cruciferi sex pro grosso communis valentes efficiantur, similiterque cudantur, et acceptentur.

Idcirco vobis tenore praesertium id ipsum benigne intimantes, firmiter ac serio committimus et mandamus, quatenus habita earundem notitia, praespecificatos integros, medios, et quartales talleros, quinquenarios, item grossos et recenter cusos duarios, sive medios cruciferos valore praedeclarato sicut et antecedenter cusos denarios hungaricales,

pariformiter sex pro uno grosso passim (prout in aliis comitatibus et per totum Regnum taliter acceptandi demandati sunt) inter se acceptare et errogare acceptarique et errogari currare noveritis, debeatisque et teneanimi. Secus non facturi. Vobis de caetero gratia nostra caesarea et regia propensi manente. Datum in castro nostro Ebersdorff, die decima octava mensis Septembris Anno Domini millesimo secentesimo nonagesimo tertio.

Leopoldus.

63.

29. listopada 1693.

Kraljevski otpis u predmetu devalvacije guldinera upućen hrvatskom saboru.

(Acta congreg. gen. fasc. 2, No 40, a. 1693.).

Leopoldus ... (naslov ispušten)

Quavis nunnulli fideles nostri pro devalvatione monetae florenariae in isto quoque Regno nostro Hungariae ad instar reliquarum provinciarum nostrarum haereditarium promulganda apud Majestatem nostram humilime institissent et supplicassent; nihilominus ex certis considerationibus pro moderno rerum statu, eandem devalvationem hic et nunc adhuc in suspenso relinquendam et differendam, ex eoque in integro valore extrinseco, militi quoque ad recipiendam in eodem integro valore intrinseco eandem moneta, vicissimum obstricto donec malo, de quo universi in ditionibus haereditariis conqueruntur commune remedium adhibeatur, acceptandam benigne resolvimus.

Ea propter fidelitatibus vestris id ipsum ad notitiam benigne dantes eisdem clementer committimus et mandamus, quatenus praenotatam monetam florenariam in integro, ut praemissum est valore extrinseco, sexaginta cruciferorum, sive viginti grossorum hactenus usitato, absque ulla difficultate ad alteriorem benignam dispositionem imposterum quoque acceptare et passim errogare velitis debeatisque et teneanimi. Secus non facturi.

Datum in civitate nostra Vienna Austriae, mensis Octobris, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio.

Leopoldus.

64.

18. siječnja 1694.

Kraljevska odredba o izvršenju novih tečaja novaca.

(Acta congreg. gen. fasc. 2, No 2–1694.).

Leopoldus Dei gratia electus Romanorum Imperator, semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque & Rex.

Reverendi, honorabiles, spectabiles et magnifici, egregii et nobiles, nec non prudentes, ac circumspecti, fideles nobis dilecti. Quamvis superioribus his non ita pridem praeteritis temporibus, occasione accep-

tandae in extrinseco valore moneta nostra, certis, rationabilibusque de causis benignam fecissemus dispositionem, eandemque universis fidelibus statibus et ordinibus nostris prout et vobis clementer intimari fecissemus: Ex demissa nihilominus nonnullorum nostrorum informatione, displicenter sane intelleximus quod in diversis istorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae Regnorum nostrorum locis et districtibus praeatacto serio mandato benignaque dispositione nostris complure contumaciter contravenire, neque se se iisdem accomodare dignoscerentur.

Cum autem ea esset benigne et seria, determinataque voluntas nostra, quatenus pro mutuis comerciis et correspondentiis per haereditaria Regna et Provincias nostras rite observandis, moneta nostra caesareo-regia in aequali ubique valore acceptetur, suumque cursum habeat. Ita ut Imperiales Talleri ad extrinsecum valorem adaucti in florenis Rhenensibus duobus, dimidii vero in uno, ac quadrantes in medio floreno pariter Rhenensi ubique sine difficultate acceptentur, quinarii vero antehac in quinque grossis currentes pariter in extrinseco valore adaucti, omnes quidem ad effigiem nostram in Regno nostro Hungariae, ac aliis haereditariis provinciis cusi iam ad sex grossos, seu octodecim cruciferos extensi, in totidem grossis seu cruciferis. Duplices vero grossi antehac sex cruciferos constituentes pariter in nostris Regnis et provinciis cusi posthac in septem cruciferis sine omni quaestione et differentia acceptentur.

Idcirco vobis tenore praesentium id ipsum benigne intimantes, ex superabundanti etiam firmiter ac serio committimus, et mandamus, quatenus antellata hac clementi dispositione et resolutione nostra, ad evitandas etiam confusiones attactam monetam nostram modo praemisso adauctam (quam ex annexis impressis variis eiusdem effigiebus uberius cognoscetis) in valore praedeclarato per nos clementer ordinato, prout in reliquis omnibus haereditariis regnis et provinciis nostris acceptaretur, inter Vosmet etiam recipere et errogare, acceptarique et errogari facere debeatis et teneanimi, sub indignatione et disgratia nostra caesareo-regia per contravenientes incurrenda. Secus non facturi. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die decima octava mensis Januarii, anno Domini millesimo sex centesimo nonagesimo quarto.

Leopoldus.

65.

16. listopada 1694.

Kraljevski otpis hrvatskom saboru o devalvaciji guldinera.
(Acta congreg. gen. fasc. 2, No 7–1694.).

Leopoldus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae &c Rex

... Demissis iisque iteratis fidelium nostrorum Statuum et Ordinum Regni nostri Hungariae ratione monetae florenariae per dictum quoque Regnum nostrum Hungariae, in eo, quo in reliquis Regnis et Provinciis nostris haereditariis usuaretur valore nimirum aequaliter acceptandae

et errogandae instantiis et gravaminibus Majestati nostrae humilime propositis, per nosque benigne consideratis. Ad praecavendas ulteriores eatenus confusiones et fidelium Regnicolarum nostrorum damna, proptereaque lamentationes, nec non commodius servanda cum iisdem vicinis provinciis nostris commercia clementer resolvimus: Praementionatam monetam florenariam in aliis provinciis nostris devalvatam, ad diem duntaxat primam affuturi mensis Decembris anni nunc labentis in moderno valore acceptandam et errogandam, ex post vero ad aequalem cum attactis provinciis nostris haereditariis valorem septemdecim nimirum cum dimidio grossos constituentem reducendam. Salva tamen militiae nostrae in praedicto regno nostro Hungariae hybernature, quo ad portiones militares pro mense etiam novembri proxime venturo, in valore devalvato fienda solutione.

Quocirca vobis serio precipientes benigne committimus et mandamus, quatenus vos quoque in istis Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Regnis nostris praedeclarate benigne resolutionis et ordinationis nostrae Vos' met (?) accommodare et conformare eademque non expectata Generali Congregatione Vestra per currentales saltem, ob brevietatem temporis, et militiae nostrae ad quarteria immimentem adventum in medio vestri statim et sine mora publicare noveritis, debeatisque et teneanimi. Neque secus feceritis. Gratia in reliquo Caesareo Regia nostra vobis benigne propensi manente, DATUM in civitate nostra Vienna Austriae, die decima sexta, mensis Octobris ANNO Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto.

Leopoldus.

66.

22. studenog 1697.

Kraljevski otpis hrv. saboru o kovanju «cvajara«.

(Acta congreg. gen. fasc. 2, No 38–1697.).

Leopoldus (naslov izostavljen)

Quominus anno adhuc millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio jam praeterito, id per nos benigne resolutum, et haud dubio intimatum etiam et publicatum extitisset, quatenus denarii Hungarici, sive medii cruciferi sex pro grosso computandi, ubique per Regnum errogentur et acceptentur, prouti et in officina monetaria Cremniczensi taliter aeque cuderentur et ....., nihilominus praemissa benigna resolutione nostra jam apud nonnullos obliterata complures in superioribus praesertim Regni nostri Hungariae partibus eiusmodi denariorum quantitatem sex ..... pro grosso conquirentur cum singulari solutio sibi comparare et ..... usura totius quotius viginta per centum ascendentur, ad inferios Regni partes (ubi pro solis quinque nummis unum grossum cum injusto foenore recipere solerent) ... saepe vicibus cum parata pecunia commercium ... dolose commiterentur, unde manifestum praenotatis partibus Regni superioribus praejudicium ac detrimentum et frequentissimae inter militum et plebem contraversios, aliasque mala causarentur.

Quocirca nos iisdem malis ulterius etiam clementer occurrere volentes et consequenter ad eadem tollenda et limitanda, antelata priori benigne resolutioni nostrae inhaerentes, omnino volumus et per vos quoque exacte observari praecipimus, quatenus tam in superioribus, quam in inferioribus dicti Regni nostri Hungariae partibus sub poena confiscationis ... sive facto contrario illico incurrenda, sex utrobique denarii pro grosso posthac aequaliter (uti decisum est) acceptentur et errogentur, quia nostra benigna resolutione nostra in gremio hujus quoque comitatus vestri suo modo publicata, quemadmodum vos debitum eidem modum gesturis non dubitam, ita vobis regia benigne propositi mansimus. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima secunda, mensis novembris, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo.

67.

22. siječnja 1700.

Kraljevski otpis hrv. saboru o nedozvoljenoj trgovini sa florenima i njihovu izvozu u turske krajeve.

(Acta congreg. gen. fasc. 3, No 11–1700.).

Leopoldus (naslov ispušten).

Ex relatione Camerae nostrae Aulicae benigne innotuit Majestati nostrae Rascianos quosdam esse, qui illos in notabili quantitate hinc inde in Regnis nostris Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae adhuc restantes florenarios sive guldineros, aut uti vocant Sibnschilingos cum illicita cumulatim permutatione varie congerant, et in Turcicam exportant ditionem. Quia vero id tam regalis nostri juri monetali praejudicium, quam etiam regnicolarum grave damnum vergeret, contraque leges et constitutiones Regni sit:

Eapropter vobis harum serie benigne praecipiendum commissimus et mandamus, quatenus illicitam hanc congessionem et distractionem florenariorum sub poena in legibus et constitutionibus regni superinde expressa, in iisdem Regnis nostris serio inhibere, simulque incolis et inhabitatoribus praementionatorum regnum nostrorum more solito publicari facere velitis et debeatis, ut si qui essent, qui sive dictos florenarios permutandos, sive aliud argentum divendendum haberent, illud aut huc Viennam aut Cremniczensium, Cassoviam, Nagy-Banyam, ad domos nempe nostras monetarias, aut Budam, ad ibidem constitutum probatorem monetarum vulgo Landprobierer dictum transmittere studeant, recepturi ab iisdem paratam debiti aut justi pretii exolutionem, in qua alias ab usurariis Rascianos vel Hebraeis communiter et enormiter laesi solerent ... Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima secunda mensis Januarii, anno millesimo septingentesimo.

Leopoldus.

68.

30. srpnja 1731.

Kralj Karlo VI. poziva hrv. sabor, da zabrani optjecaj dubrovačkog dinarića na području Hrvatske.

(Acta congreg. gen. a. 1731. No 23.).

Carolus VI. ...

Reverendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, magnifici item egregii et nobiles, nec non prudentes ac circumspecti fideles nobis dilecti. Ex demissa camerae nostrae aulicae representatione intelleximus, quod in hocce regno nostro Croatiae, certa moneta Ragusana dinarith vel poltura dicta invaluerit, cujus valore intrinseco examinato compertum est, in florenis centum respectu bonitatis requisitae, deperdi florenos quadraginta, crucigeros quadraginta. Cum autem ejusmodi depravata et publico nociva moneta, in ditionibus nostris caesareo regiis tolerari nequeat:

Eapropter fidelitatibus vestris hisce benigne committimus et mandamus, quatenus in praenotatis regnis nostris Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae memoratae monetae Ragusanae cursum et valorem per publicationem interdicere noverint. Quibus in reliquo gratia et clementia nostra caesareo-regia benigne propensi manemus.

Datum in Archiducali civitate nostra Vienna Austriae, die trigesima mensis Julii, anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo primo.

(Tiskom J. Nagy u Vjesniku Drž. arhiva, godina 9–10, str. 170.).

69.

17. srpnja 1733.

Kralj Karlo VI. prigovara hrv. saboru, da se na području Hrvatske ne održava odredeni tečaj novca i da je dubrovački dinarić još u optjecaju.

(Acta congreg. gen. a. 1733. No 54.).

Carolus VI. ... (caeteris exmissis).

... Ex demissa camerae nostrae aulicae representatione uberius percepimus, quod etiam in districtu juridictionis Banalis moneta Ragusana dinarith vocata, quae adeo est defectuosa, ut in singulis 100 florenis 22 floreni 37 cruciferi $^{4}/_{7}$ denarii desint, ad praesens nimium invaluerit. Septendecenarii autem et septenarii in modofato valore non acceptentur. Aureos demum nostros et Hollandicos vix aliquis in florenis 4 et 9 cruciferis acceptare velit, ubi tamen aureis cichini vocatis, cursus in 4 florenis et 24 subinde vero 30 cruciferis admitteretur.

Quantum ad praeexpositam Ragusanam monetam habita benigna reflexione ad ea, quae fidelitates vestrae ex generale congregatione sua die 24. septembris anno 1731 Varasdini celebrata eo in passu nobis demisse perscripserunt, de alia sufficiente minuta moneta quotidianis usibus deserviente, pro districtu jurisdictionis Banalis clementer omnino providere cupimus, dummodo fidelitates vestrae specifice proxime declarent, qua summa pro istiusmodi surrogato et de quali minutione moneta opus habeant et talem erga dinumerationem alterius bonae monetae sibi pro quotidianis usibus administrati cupiant. Qua specifica declaratione

accepta, camera nostra aulica eas factura est dispositiones, ut talismodi surrogatum fidelitatibus vestris effective etiam administretur. Hoc vero obtento, ulterior cursus praefatae defectuosae Ragusanae monetae intra terminos jurisdictionis Banalis nullatenus erit admittendus.

Septenarios et septendecenarios, quod respicit, eatenus provocamus nos nuper idcirco expeditum rescriptum et benigne volumus, ut utraque haec monetae species eum, unde nomen habeat, valorem etiam in districtu jurisdictionis Banalis habeat, et respective in 17 ac 7 cruciferis ubivis locorum acceptetur.

Circa aureos demum decrevimus, ut veluti in aliis ditionibus nostris, nostri et alii communes aurei justi tamen ponderis, in 4 florenis et 9 cruciferis, ita etiam cichini vocati aurei non in majori valore ac pretio intra limites jurisdictionis Banalis acceptari debeant.

Caeterum contextu etiam articuli 68 anni 1723 decreto existente eo, ut ubivis locorum ad unum florenum, centum et ad unum grossum quinque denarii computentur, fidelitatibus vestris clementer hisce committendum esse duximus, ut occasione primitus afuturae generalis earundem congregationis non solum hoc, ut amodo deinceps in districtu quoque jurisdictionis Banalis ad unum quidem grossum quinque, et ad unum florenum centum denarii computentur, verum etiam praenotati aurei prouti et septendecenarii et septenarii in praemissis declaratum cursum habeant, et in illo ubivis locorum citra renitentiam quampiam acceptentur rite et debite in efectum deducere, desuperque majestatem nostram genuine informare, pro surrogato autem praeexpositae defectuosae Ragusanae monetae, cujus species quam summam habere cupiant, specifice nobis perscribere noverint et non intermittant ...

Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die decima septima mensis julii, anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo tertio.

Na izvorniku zabilježba: »17. julii 1733 Ragusea moneta Dinarich dicta ob deffectum in 100 florenis 22 floreni 37 cruciferi interdictus cursus, mariani et septenarii in hoc cursu, aurei Holandici et czekini in fl. 4 et cr. 9 relinquntur.

Varasdini die 14 augusti 1733 sub decursu generalis congregationis Regni praesens benignum rescriptum regium publici perlectum est«.

(Tiskom J. Nagy u Vjesniku Drž. arhiva g. 9–10, str. 171–172.).

70.

29. travnja 1740.

Kraljevski otpis u predmetu novčanih tečaja, osobito tečaja zlatnika.

(Acta congreg. gen. fasc. 17, a. 1740. No 16.).

Carolus VI. ... (caeteris exmissis).

... resolvimus: ne sive nostra propria sive vero quaevis alia extera modaequati ponderis moneta aurea, prout et ea quae pro more gentis Doppia et Lovis dor appelatur, quaeve in sua recta sphera debito pondere caret ... acceptetur et extradetur. Ne attamen hujusmodi defectuosae monetae actualibus proprietariis sive possessoribus totius auctionalis pretii sive

aggio ammissio et perditio tanto per sensibilis et damnosae reddatur, officialibus rei nostrae monetariae benigni committi et mandari jussimus, monetam quae ad eos cambij causa allata fuerit, sive illa ordinaria sit, sive species praememoratarum doppiarum et Lovis dor, erga defalcationem 4 cruciferorum pro singulo deficiente grano cum aggio attamen sive praetio auctionali trium cruciferorum pro singula species in individuo praestando in forma cambii acceptent ...«; »... ut nostri quidem justi ponderis Cremnicenses pretium auctionale sive aggio 12 cruciferorum, alij vero nostri ordinarii aurei, una cum omnium Romani Imperii electorum Principum et aliorum statuum, ad legem imperii regulariter cusi, et justi ponderis aurei ... cum aggio novem cruciferorum acceptentur. Hollandici attamen et quivis alii, esto justi ponderis aurei ... cum aggio septem et medii cruciferorum, doppia autem et Lovis dor aeque justi ponderis duodecim cruciferorum acceptentur«.

71. *28. travnja 1747.*

Otpis ugarskoga kraljevskog namjesničkog vijeća, upućen požeškoj županiji o tečaju nekojih vrsta zlatnika.

(Acta comit. Posegani fasc. 4, a. 1747. No 10.).

Multifariis iisque reiteratis Regnicolarum lamentis post interventam anno abhinc praeterico benignarum patentalium caesareo-regium in re monetaria emanatarum publicationem enatis sacratissimae suae caesareo-regiae majestati humillime remonstratis altefata sua majestas caesareo-regia clementer permota, pro conservatione fidelium subditorum et ditionum suarum sequentem noviter rursus in re monetaria benignam resolutionem usque ulteriorem clementem dispositionem duraturam provisorie elargita est: Ut imperiales Gallici antiqui vulgo Luis Blancs dicti in duobus florenis, medii vero seu florenarii in uno floreno, et quadrantes sive medii florenarii in 30 cruciferis; praeterea aurei in imperio Romano, seu extra illud cusi uti et Hollandici, qui justam imperialem ligam et pondus debitum habent, in 4 florenis et 7 ac medio cruciferorum, aurei vero caesarei, regii item et praedecessorum quoque regum ob differentiam valoris intrinseci loco 4 florenorum et 9 cruciferorum, imposterum in 4 florenis et 10 cruciferis, Florentini porro aurei Gigliati dicti et Veneti zechini in 4 florenis et 12 cruciferis, prouti aurei regii Cremniczienses non apud caesareo-regias et alias publicas cassas, verum etiam in publico in praestandis solutionibus deinceps erogentur, et taliter etiam ubique in Regnis et ditionibus caesareo-regiis acceptentur. In reliquo autem benigne patentales caesareoregiae in praefata re monetaria sub 26. maij anni praeteriti 1746. emanatae et sub 10. junii publicatae, tam videlicet quoad alias monetarum species, quam etiam in residuis suis punctis inalterabiliter observentur, et per illos, quibus incumbet, omni studio et summo cum rigore manuteneantur ...«.

(caeteris emissis)

Datum ex Consilio Regio Locumtenentiale Posonii, die vigesima octava, aprilis, anni millesimo, septingentesimo, quadragesimo septimo celebrato.

72.

16. travnja 1761.

Banski otpis, kojim se objavljuje izvršenje zabrane upotrebe sitnoga srebrenog novca.

(Acta congreg. comit. Varasd. fasc. 3, a. 1761. No 18.).

Quando quidem sacratissima caesareo-regia et apostolica Majestas, ad penitus eradicandam extranearum minoris monetae specierum in haereditarias provincias contra eatenus repetitis etiam vicibus quam severissime factas inhibitiones, cum sensibili tam suo, quam et subditorum suorum practicatam inductionem cursum minutioris monetae vulgo Schied-Müntz dictae ex puro cupro cusae in aliis regiis provinciis per benignas patentales litteras in anno adhuc superiori emanatas, sua via publicari jam fecisset, hujus vero publicato in antelato regno Hungariae partibusque eidem adnexis peragenda in praesentiarum usque fine ex illo ut interea proportionata earum quantitas procurari valeat in suspenso reliqui debuerit. Ex quo porro in domibus suae Majestatis sacrat. monetariis omnis conatus et industria adhiberetur, ut ejusmodi minutiores monetae cupreae in cruciferis, grossulis Moravicis, Groschel dictis vigore art. 1741 etiam in regnum Hungariae cursum habentibus, mediis item et quadrantibus cruciferis nec non denariis Hungaricis quorum quinque unum grossum efficiunt, ex puro cupro cudendis sufficiens quantitas propediem in promptu per praedeclaratae monetae ex haereditariis suae Majestatis sacr. provinciis germanicis in Hungariam inducendae acceptationem, commune quoque commercium amplius turbetur.

Hinc praetit. D. Vestris penes ejusmodi patentaliam litterarum in quinque typo mandatis exemplaribus transmissionem de benigno jussu regio praesentibus intimandum esse duxi ... (i t. d. dalje nevažno izostavljeno).

Varasdini 16ª aprilis 1761.

73.

1762. – 1763.

Odredbe upućene godine 1762. požeškoj županiji obzirom na optjecaj dubrovačkih dinara ili poltura.

(Acta comit. Posegani fasc. 5, a. 1763. No 1.).

I.

Odredba kraljice Marije Terezije od 28. rujna 1762.

Ich communiciere ihnen den anligenden Vortrag, und da die Ursachen, warum frembde Schied-Müntzen, obwohlen sehr schlecht und in weniger ..., in meinen Kroatischen Landen coursiren, und die ... Müntzen in Hungarn einen Cours nicht nehmen wollen, darinnen bestehen, dass eines Theils nicht genügliche eigene Schied-Müntzen in diesen Landen existiren, und andern Theils, weillen die ... Müntzen auf teutsche Lander

übliche Müntzen ausdränget werden. Es ist dahero, wie ich bereits auf das Prothocoll von 18tem und 21tem Octobris dieses laufenden Jahres ad numerum 8vum anbefoheln habe, eine genügende Menge von Hungar. Land-Müntzen zu schlagen, und damit die Kroatischen Lande, wie auch die Generalate zu versehen, worauf dann und wann schohn einmahl deschehen, die frembde Schied-Müntzen zu verrufen, die einige legirte aber, wann schohn in Cassen einflüssen nicht mehr auszugeben, sondern zur Einschmeltzung einzusenden ...

(ostalo ispušteno)

Maria Theresia mp. An Graffen Herberstein
Dto 28a septembris 1762.

II.

Intimat kralj. cesar. dvorske komore u Beču upućen 1. prosinca 1762. ugarskoj dvor. komori zbog provedbe prednje naredbe.

Inclytae Cancellariae Regio-Hungaricae peramice intimandum: Sacram Cesareo-Regiam Apostolicam Majestatem propositionem intuitu currentis in valore unius polturae per Regnum Croatiae Ragusanae monetae denyar dictae, sibi per generalem Cassae directorem factam, penes isthic advolutum benignum manuscriptum Camerae huic Caesareo-regiae Aulicae clementer communicasse, preceptisseque: ut idem praelibatae quoque Inclytae Cancellariae Regiae Hungarico-Aulicae, quantum ad Regnum Hungariae intimetur.

In cujus benigne commissionis effectum, ea cum ulteriori notificatione amice intimari, in diversis caesareo-regiis monetariis officinis adhuc mense septembris ab hinc dispositum esse: ut non modo ad introducendum monetae cupreae cursum, verum etiam inferendae cassis minoris argenteae species Legirte-Schid-Müntz dictae, pro cuprea aequalis sortis permutari valeant, in sufficienti quantitate cruciferi, Gröschl, denarii et pfenig cudantur, prout etiam de fabricandis polturis disponitur. Penes quorum significationem in reliquo ad exibendum quaevis grati officii studia promta et parata manet.

III.

Intimat Kralj. ugar. namjesničkog vijeća od 14. prosinca 1763. upućen u istom predmetu Požeškoj županiji

Sua Sacra regia et apostolica Majestas, qualemnam intuitu currentis in valore unius polturae per regnum Croatiae Regusanae monetae denyar dictae, benignam resolutionem regiam impertiri dignata fuerit, qualiterve jam exacto mense septembri sua via dispositum sit, ut non modo ad introducendum monetae cupreae cursum, verum etiam, quo inferendae cassis minoris argenteae monetae species Legierte Schied-Müntz dictae, pro cupreae aequalis sortis permutari valeant, in sufficienti quantitate cruciferi, groschl, denarii, et pfening cudantur, ipsaeve polturae effa-

bricentur, ex copialiter adjacente Cammerae Caesareo-regiae aulicae ad Cancellariamque regiam Hungarico-aulicam data insisuatione, ejusque allegato, uberius percepturae sunt praefatae dominationes vestrae de benigno jussu Regio finem in eum transmittit Consilium hoc locumtenentiale Regium: quatenus eandem in gremio sibi publicari noverit: ut ubi praeattactae minoris species monetae cusae et in commercium publicum deductae fuerint, circa earum acceptationen nulla omnino sub gravi animadversione ponatur difficultas. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiale, Posonii, die decima quarta mensis Decembris anno millesimo, septingentesimo sexagesimo tertio celebrato.

74.

26. listopada 1762.

Banski otpis o zamjeni sitnog srebrenog novca.

(Acta congreg. comit. Varasdien. fasc. 2, a. 1762, No 3.).

(Naslov ispušten).

Qualenam Sacratissima sua caesarea regia et apostolica Majestas intuitu currentis valore unius polturae per Regnum Croatiae Ragusinae monetae Denyar dictae benignam ordinationem regiam impertiri dignata sit, qualiter ex acto jam mense septembis sua via dispositum habeatur, ut non modo ad introducendum monetae cupreae cursum inferendae cassis minoris argenteae monetae species legirte Schied-Müntz dictae pro cuprea aequalis sortis permutari valeant, in sufficienti qualitate cruciferi, Groschl, denarii, et Pfenig cudantur, ipsaeque polturae effabricentur, ex adnexis copiis uberius informabuntur Praett. D. Vestrae.

(Caeteris exmissis).

Varasdini 26. X. 1762.

75.

6. travnja 1767.

Banski otpis o kovu novih forintača i dvoforintača.

(Acta congreg. comit. Varasdin. fasc. 4, a. 1767. No. 10.).

Srima sub via publica, iuxta terram Tolci Iurini, et iuxta terram ser Stephani Laurencij, et iuxta terram uxoris Georgij Uitcouicg, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Quam dictam terram promissit dictus Vtih totam cum bonis vitibus perplantare suis sumptibus et expensis, hinc usque ad duos annos proxime futuros, et ipsam pastinacionem et eius iura manutenere fideliter et colere diligenter, secundum statutum et ordines Sibenici, dando dicte Dobrice et eius heredibus et successoribus quolibet anno ibidem in vinea integram et paratam quartam partem tocius musti et aliorum fructuum, quicquid dicta vinea produxit germinando, et reliquas tres partes sibi retinendo pro suo labore, et hoc donec uites durabunt, et deficientibus uitibus terra reuertatur ad locum pristinum. Quam concessionem predictam promissit dicta Dobrica per se et suos heredes et successores dicto Vtiho et suis heredibus et successoribus ab omni contradictione in ratione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Et hec omnia et singula suprascripta promissit dictus Vtih per se et suos heredes et successores dicte Dobrice et suis heredibus et successoribus plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire in aliquo, sub pena contenta in statuto comunis Sibenici, et refectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et sub obligatione sui et omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Et pena soluta uel non, rato manente contractu. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in domo dicte Dobrice, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Georgio Mathei et Iohanne Stoyslaui Guduchanin, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Vtihi Obradi.

4.

26. III. 1386. L. 3.

Die vigessimo sexto mensis marcij. C. Nicolaus Gregorij Dudlicg (per – precrtano) de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse mutuo mutuo (! dvaput) solo amore a Dissmano Grubse de Sibenico libras septuaginta denariorum paruorum. Quas dictas libras dictus Nicolaus per se et suos heredes et successores dicto Dismano stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici absque omni periculo dare et soluere promissit ad duos terminos infrascriptos, videlicet libras quinquaginta paruorum hinc usque per totum mensem maij proxime fu-

Dissmani Grubse.

turum, et reliquas libras viginti paruorum deinde usque per totum mensem septembri (!) proxime uenturum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Gregorio Nigoij et ser Georgio Mathei, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum publice missi.

5.

26. III. 1386.

Iohannis Martini Vulchoy.

Eodem die C. Ser Iohannes Petri Bogdani de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Iohanne condam Martini Vulchoyeuicg de Scardona libras triginta septem denariorum paruorum, pro quibus sibi ex causa uendicionis dedit, cessit, transtulit et mandauit iure proprio in perpetuum totum suum vigorem et robur vnius publici (obligacionis – precrtano) instrumenti sui, et omnia iura sua et actiones reales, personales, utiles et directas, que uel quas habebat uel habere poterat in instrumento aduersus et contra Luciam, relictam olim Gradini de Sibenico, occasione vnius domus, in qua dictus ser Iohannes Petri habitauit, posite in Sibenico supra uiam publicam, que ducit a plathea comunis in Dolac, et iuxta aliam domum dicte Lucie, et sub furno ipsius Lucie, et (sub pauimento predicte Lucie – precrtano) iuxta domum presbyteri Petri Iacobi, cum introitu et exitu suo, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, quam dictam domum dictus ser Iohannes Petri habuit iure pignoris a dicta Lucia pro precio librarum quadraginta denariorum paruorum, ut de hoc plene constat (in) dicto publico instrumento, scripto et condito manu mei notarii infrascripti, sub millesimo trecentesimo octuagesimo primo, indictione quarta, die terciodecimo mensis iullii (!) et cetera, ut in dicto (L. 3a) instrumento plenius continetur. Quod dictum instrumentum dictus ser Iohannes Petri ibidem de presenti dedit et tradidit dicto Iohanni Martini, constituens eum procuratorem et uerum dominum tamquam in rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quod amodo in antea suo nomine, iuribus et actionibus realibus et personalibus, utilibus et directis dictus Iohannes Martini predictum instrumentum, et omnia in eo contenta penitus, et dictam domum cum suis pertinentiis, uti ualeat et tenere, habere et possidere, agere, petere, experiri seque tueri, et omnia et singula facere et exercere, ut ipse poterat, et ut ei valeat prout sibi actenus valebat uel ualere poterat ante cessionem presentem. Quam cessionem predictam, et omnia et singula suprascripta promissit dictus ser

L. 3a.

Iohannes Petri per se et suos heredes et successores dicto Iohanni Martini et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera. Sibenici, in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Gregorio fabro condam Dragosij et Vulchoslauo Prodasicg, testibus uocatis et rogatis.

In margine: 1387., indictione 10., die 13. decembris in plathea comunis, presentibus ser Daniele Marini, examinatore, ser Nicolao Iohannis et ser Nicolao (Ra)dosij, testibus dictus Iohannes Martini contentus fuit se recepisse a dicta Lucia libras XXVII paruorum, pro quibus sibi restituit dictam domum in pristinum statum, et precepit notam cancellare et cetera.

Publicatum.

8.

26. III. 1386.

Dismani Grubse.

Dragogij Ratchouicg.

Eodem die C. Dissmanus Grubse de Sibenico nomine suo et uxoris sue infrascripte, dedit pacto et concessit ad pastinandum per hoc presens instrumentum Dragogio Ratchouicg de Bahça, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus duas terras infrascriptas, videlicet unam terram Margarite, uxoris ipsius Dissmani, gonayorum duorum uel circa, sitam in campo Morigne in loco uocato Gomile, iuxta pastinum Petri Nouaci, et iuxta terram heredum olim Radacij Dminoyeuicg, et iuxta terram heredum olim ser Dissmani Slauogne, et iuxta terram Martini Bichani (L. 4.); item aliam terram gonayorum quatuor uel circa, partim suam et partim dicte uxoris sue, sitam in dicto loco uocato Gomile, iuxta terram ser Andree Iurini ex duabus partibus, et iuxta terram ser Martini Tisci, et iuxta terram heredum olim ser Dissmani Slauogne, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Quas dictas terras promissit dictus Dragogius totas cum bonis vitibus perplantare suis (suis – precrtano) sumptibus et expensis, hinc usque ad tres annos proxime futuros, et ipsam pastinacionem et eius iura manutenere fideliter et colere diligenter, secundum statutum et ordines Sibenici, dando dicto locatori et eius heredibus et successoribus quolibet anno ibidem in vinea integram et paratam quartam partem tocius musti et aliorum fructuum quicquid dicte terre produxerint germinando, et reliquas (duas – precrtano) tres partes sibi retinendo pro suo labore, et hoc donec uites durabunt, et deficientibus uitibus terre reuertantur ad locum pristinum. Quam concessionem pre-

dictam promissit dictus locator, nomine suo et uxoris sue, per se et suos heredes et successores dicto conductori et eius heredibus et successoribus ab omni contradictione in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis et uxoris sue, presentibus et futuris. Et hec omnia et singula suprascripta promissit dictus Dragogius per se et suos heredes et successores dicto Dismano stipulanti, nominibus quibus supra, (pro se – precrtano) pro se et suis heredibus et successoribus plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire in aliquo, sub pena contenta in statuto comunis Sibenici, et refeccione omnium dampnorum et expensarum, ac interesse litis et extra, et sub obligatione sui et omnium bonorum suorum presentium et futurorum, et pena soluta uel non rato manente contractu. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Nicolao Bunte et Radoslauo Obradi, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Publicatum pro conductore.

7.

26. III. 1386. L. 4a.

Nicolai Gregorij Dudlicg.

Eodem die C. Nobilis vir ser Georgius Saraceni de Sibenico cum consensu et uoluntate domine Stoyslaue, matris sue, ibidem presentis, et ad omnia et singula infrascripta ratificantis, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Nicolao Gregorij Dudlicg de Sibenico libras septuaginta denariorum paruorum, pro quibus sibi iure pignoris obligauit et dedit vnum cingulum argenteum, (dicte – precrtano) matris sue predicte, ponderis vnciarum (viginti – precrtano) sexdecim, item vnam terram (suam – precrtano) similiter sue matris gonaiorum trium cum dimidio uel circa, sitam in campo Morigne in loco uocato Uerbica, iuxta terram ser Danielis Marini et eius fratris ex duabus partibus, et iuxta terram heredum olim ser Pauli Petri, et iuxta uiam publicam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, tali condicione et pacto, quod quandocumque dictus ser Georgius uel sui heredes aut successores dederint, soluerint et restituerint dicto Nicolao uel suis heredibus aut successoribus predictam pecunie quantitatem post primam percepcionem redituum, abatando lucrum ex dicta pecunia

pro recompensacione dicte obligacionis solidorum decem paruorum ad annum, ex tunc dicta obligacio eidem domine Stoyslaue et suis heredibus et successoribus libera debeat remanere. Insuper uoluerunt (quod – precrtano), per pactum inter eos habitum et expressum, quod si dictus ser Georgius dabit dicto Nicolao libras quinquaginta paruorum hinc usque per totum mensem maij proxime futurum, quod ex tunc dicta terra cum reditibus libera debeat remanere dicte domine Stoyslaue, et quod cingulum debeat tenere idem Nicolaus pro libris viginti paruorum et cetera. Promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici, in curia heredum olim Radosij serue, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Nicolao Bunte et Michaele Stephani Bossani, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Publicatum.

8.

27. III. 1386. L. 5.

Milgosti sartoris.

Die vigessimo septimo mensis marcij. C. Matheus Budonicg, habitator Sibenicensis, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore, condam Veselci de Sibenico, libras sex denariorum paruorum, pro quibus dictis libris dictus Matheus per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus et sucessoribus, dare et assignare promissit modios sex musti, uocati opol, in litore maris sub muro ciuitatis, de vineis, quas idem Matheus laborauit, sitis in Zlarin, istius vindemie proxime uenture, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt, quod si talis casus euenerit, quod Deus auertat, quod idem Matheus non haberet tantum de vino quod sufficeret dicto Milgosto, quod extunc idem Matheus teneatur et debeat, et sit promissus dare et assignare dicto Milgosto tantum de oleo, quod sufficeret usque ad integram solucionem et satisfaccionem dicte pecunie, pro precio solidorum septem paruorum quolibet starium, hinc usque per totum mensem nouembris proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici, in stacione habitacionis mei notarij infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Iohanne Stoyslaui Guduchanin, et Gregorio Crauicg, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

9.

Eodem die C. Nobilis vir ser Stephanus domini Michaelis Dragoij de Sibenico, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Dragota Radetini, tamquam a fideicomissario testamenti olim ser Petri condam Tolini Bratci de Sibenico, dante et soluente de bonis dicte comissarie libras (L. 5a.) duodecim et solidos quatuor denariorum paruorum, quas dictus ser Stephanus habere debebat de bonis dicte comissarie, vigore dicti testamenti predicti olim ser Petri. Quare dictus ser Stephanus per se et suos heredes et successores fecit dicto ser Dragote, stipulanti, nomine quo supra, pro se et suis successoribus, finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denariis, per ipsum ser Stephanum perceptis occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis iuxta sedibus abbacie, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, (Georgio – precrtano) Johanne Brachus et Matheo Slouanicg, testibus uocatis et rogatis. Et ego Duymus Zuratih, examinator, conscius me subscripsi.

27. III. 1386. Comissaria olim ser Petri Tolini.

L. 5a.

10.

Die vigessimo octauo mensis marcij C. Iohannes Dominici Merdesicg de Sibenico, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse mutuo solo amore a Vesela, relicta olim Iohannis condam Budoij de Sibenico, libras ducentas et viginti denariorum paruorum, quas dictas libras dictus Iohannes per se et suos heredes et successores dicte Vesele, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, salua in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad vnum (v – precrtano) annum proxime futurum, sine alique questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in uia publica, iuxta domum (heredum – precrtano) habitacionis dicte Vesele, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Michaele Galci et Matomano sartore, testibus uocatis et rogatis.

28. III. 1386.

Vesele, relicte olim Iohannis condam Budoij.

In margine: 1388. indictione 11., die 16. februarij in domo habitacionis dicte Vesele presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Petcho Zilicg et Paulo Baruanicg, testibus, dicta Vesela contenta fuit se recepise a dicto Iohanne libras II C et XX paruorum, de quibus fecit sibi finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

11.

28. III. 1386. L. 6. Iohannis Dominici Merdesicg.

Eodem die in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis C. Martinus, filius Petri lapicide de Sibenico (per – precrtano) cum consensu et uoluntate dicti sui patris ibidem presentis, et ad omnia et singula infrascripta ratificantis, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuise et recepisse mutuo solo amore a Iohanne Dominici Merdesicg de Sibenico libras ducentas et viginti denariorum paruorum, quas dictas libras dictus Martinus per se et suos heredes et successores dicto Iohanni stipulanti, pro se et suis heredibus et succesoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad vnum annum proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera, et ibidem de presenti dictus Petrus precibus dicti sui filij, et mandato se constituit fideiussorem et principalem solutorem pro dicto debito, videlicet capitale, pena, dampno, expensis ac interesse, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, ita quod dicti debitor et fideiussor principaliter et in solidum teneantur, scilicet in partem et in totum, super quem et ad quem ipsorum dictus creditor uoluerit se tenere, et pena soluta uel non, rato manente contractu. Actum Sibenici ut supra.

In margine: 1389., indictione 12., die 2. aprilis in stacione habitacionis ser Stephani Milatci, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Cichino Tolse et Iohanne Stancij, testibus, dictus Iohannes contentus fuit se recepisse a dicto Martino predictas libras IIC (ducentas) et XX paruorum, de quibus fecit sibi finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

12.

28. III. 1386. Michaeli Perfci.

Eodem die C. Michael condam Perfci Dominici de Sibenico omni modo, via, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit, fecit, constituit et ordinauit nobilem virum ser Michaelem condam Ratci Iurine de Sibenico absentem tamquam presentem, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem, et certum nuncium specialem, ad omnes et singulas eius causas, lites (L. 6a.) questiones et controuersias, quas ipse constituens habet uel sperat habere cum quocumque et quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam secularibus, colegijs uel vniuersitatibus super de quibuscumque rebus et negocijs, et coram quocumque rectore et

L. 6a.

iudice, tam canonico quam seculari, tam in agendo, recipiendo, petendo, quam in defendendo et cetera, generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore ser Iohanne Misse et Iohanne Dominici Merdesicg, testibus uocatis et rogatis.

13.

28. III. 1386.

Ser Tomasij Dominici.

Eodem die C. Cum ser Tomas condam Dominici Damyani de Sibenico emerit publice ad incantum a procuratoribus et gastaldis ecclesiarum Sancte Trinitatis et sancti Saluatoris de Sibenico gonaios duodecim vinee, posite in insula Peruicg, iuxta litus maris, et iuxta vineam heredum olim Vuladogij Radasinicg, et iuxta vineam Nicolai Cuidouicg, et iuxta residuitatem vinee, que fuit olim ser Petri Tolini, pro precio et nomine precij librarum quatuor et solidorum duodecim denariorum paruorum (pro) quolibet gonaio dicte vinee, ut de hoc plene constat uno publico deliberacionis instrumento, scripto et condito manu mei notarii infrascripti sub predictis (millessimo) et indictione, die vigessimo quinto mensis marcij et cetera. Nunc autem ser Iohannes Michaelis Naplauicg, tamquam procurator ecclesie sancti Saluatoris de Sibenico et Radoslauus Druscinicg, tamquam gastaldus dicte ecclesie sancti Saluatoris pro una dimidia suprascripte vinee, et Michael Petri Iurse, tamquam procurator dicte ecclesie Sancte Trinitatis et Martinus Pribacij Lole, tamquam gastaldus predicte ecclesie sancte Trinitatis pro alia dimidia, per hoc presens instrumentum, contenti et confessi fuerunt ipsos habuisse et recepisse a dicto ser Tomasio (L. 7.) plenam solucionem et integram satisfaccionem pro dictis duodecim gonaiis vinee, videlicet pro quolibet gonaio libras quatuor et solidos XII paruorum. Quare dicti procuratores et gastaldi, nominibus quibus supra, per se et eorum successores fecerunt dicto ser Tomasio stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irrevocabilem securitatem atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denariis per (ipsum – precrtano) ipsos procuratores et gastaldos, nominibus quibus supra, perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus Saraceno Nicolai examinatore, Iohanne Stephani Chusicg et Iohanne Stoyslaui Guduchanin, testibus uocatis et rogatis.

L. 7.

Cuitci Radoij.

Eodem die in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Nobilis vir ser Tomas condam Dominici Damyani de Sibenico, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Cuitcho condam Radoij de Sibenico libras quinquaginta quinque et solidos quatuor denariorum paruorum, pro quibus sibi ex causa uendicionis dedit, cessit, transtulit et mandauit iure proprio in perpetuum totum suum vigorem et robur vnius publici instrumenti sui et omnia iura sua, et acciones reales et personales, utiles et directas, que uel quas habebat uel habere poterat in ipso instrumento aduersus et contra procuratores et gastaldos ecclesiarum Sancte Trinitatis et sancti Saluatoris de Sibenico, occasione gonaiorum duodecim vinee, posite in insula Peruicg iuxta litus maris, et iuxta vineam heredum olim Vuladoij Radasinicg, et iuxta vineam (C – precrtano) Nicolai Cuidouicg, et iuxta residuitatem vinee, que fuit olim ser Petri
L. 7a. Tolini, quam vineam dictus ser Tomas emit et (L. 7a.) habuit publice ad incantum a predictis procuratoribus et gastaldis pro precio suprascripto, videlicet quodlibet gonaium pro libris quatuor et solidis duodecim paruorum, ut de hoc plene constat uno publico instrumento, scripto et condito manu mei notarii infrascripti sub predictis millessimo et indictione, die vigessimo quinto mensis marcij et cetera, ut in dicto instrumento plenius continetur. Quod dictum instrumentum dictus ser Tomas ibidem de presenti dedit et tradidit dicto Cuitchoni, constituens eum procuratorem et uerum dominum tamquam in rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quod amodo in antea suo nomine iuribus et accionibus realibus et personalibus, utilibus et directis, dictus Cuitchus predictum instrumentum et omnia in eo contenta penitus, et dictam vineam uti ualeat, et tenere habere, et possidere, dare, donare et uendere, agere, petere, experiri seque tueri, et omnia et singula facere, ut ipse poterat, et ut ei ualeat prout sibi actenus ualebat uel ualere poterat ante cessionem presentem. Quam cessionem predictam et omnia et singula suprascripta promissit dictus ser Tomas per se et suos heredes et successores dicto Cuitchoni et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera. Actum ut supra.

Publicatum.

15.

Die ultimo mensis marcij. C. Slouanus Pouerzenicg de Sibenico per hoc presens instrumentum, coram examinatore, testibus et me notario infrascriptis, sponte et ex certa sciencia Georgium, suum filium a se et a manu sua, et paterna (!) potestate (!) nexibus emancipauit, liberauit et dimissit, dicto Georgio presente, uolente, et petente se a dicto suo patre et eius paterna potestate liberari et (L. 8.) emancipari, ita quod amodo sit sui iuris, et possit ex nunc agere, emere, uendere, dare, donare, testare, matrimonium contrahere, testimonium perhibere, in iudicio stare, mercari, lucrari ac pacisci, et omnia et singula facere et exercere, que quilibet pater familias, et liber homo, et sui iuris, ac ciuis Romanus facere et exercere posset uel potest. Quam emancipacionem predictam, et omnia et singula suprascripta promissit dictus Slouanus per se et suos heredes et successores dicto suo filio, a se iam emancipato, et eius heredibus et successoribus perpetuo tempore firma et rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire in aliquo, sub pena pena (! dvaput) refeccionis omnium dampnorum et expensarum, ac interesse litis et extra, et sub obligacione sui et omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Et penas soluta uel non, nichilominus contractus iste et omnia in eo contenta perpetuam obtineat roboris firmitatem, omni penitus excepcione seu defensione iuris uel facti remotis. Actum Sibenici, in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Dominico Perfçicg et Cosma Radonicg, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

31. III. 1386.

Georgij Slouani.

L. 8.

Publicatum.

16.

Eodem die, in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Georgius, filius Slouani Pouerzenicg de Sibenico post emancipacionem hodierna die factam a dicto suo patre, per hoc presens instrumentum promissit et se obligauit dicto Slouano, suo patri, ibi presenti et stipulanti, facere vnam barcham nouam et bonam, omnibus laboribus et expensis ipsius Georgij, ualoris florenorum quindecim auri, pro qua barcha idem (L. 8a.) Georgius contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto suo patre integram solucionem

31. III. 1386.

L. 8a.

et plenariam satisfaccionem. Quam dictam barcham dictus Georgius per se et suos heredes et successores dicto Slouano, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit in litore maris sub muro Sibenici, hinc usque ad festum sancti Michaelis de mense septembri (!) proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum ut supra.

In margine: 1387., indictione 10., die (29 – precrtano) penultimo marcij. presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Iohanne Radoslaui et ser Nicolao Dragoyeuicg, testibus, dictus Slouanus contentus fuit se recepisse a dicto Georgio predictam barcham, de qua fecit sibi finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera, et hoc in plathea comunis.

17.

L. 9. 1. IV. 1386. In Dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, diebus et mensibus infrascriptis, regnante serenissima principissa et domina nostra naturali, domina Maria, Dei gratia regina Vngarie, Dalmacie et Croacie et cetera, temporibus equidem magnifici et potentis viri domini Nicolai Garay, regnorum Dalmacie et Croacie bani, et reuerendissimi in Christo patris, domini Mathei, diuina et apostolica gratia, Sibenicensis episcopi, ac egregij et potentis viri domini Lodouici de Georgijs de Iadra, legum doctoris et honorabilis comitis Sibenici, atque nobilium virorum dominorum iudicum Sibenici ser Tomasij Dominici, ser Cipriani Georgij, ser Michaelis Ratci, et ser Dragote Radetini.

L. 9a. Iohannis Radouani Pechogicg. Die primo mensis aprilis. C. Vulch, filius Pribislaui Sisgore de Srimac, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Iohanne Radouani Pechogicg de (Sibenico – precrtano) Srimac libras sexdecim denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam vineam suam gonaiorum duorum uel circa, sitam in dicta insula in loco uocato Slanica iuxta vineam Iohannis Ruçiçicg, et iuxta (vineam – precrtano) viam publicam, et iuxta montem ex duabus partibus, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum, pro anima et corpore iudicandum, et quicquid ipsi emptori et suis heredibus et successoribus exinde placuerit perpetuo faciendum, ut de suo proprio ac speciali, sine contradictione alicuius persone, saluo semper iure et tercia parte comunis Sibenici. Quam

vendicionem predictam promissit dictus venditor per se et suos heredes et sucessores dicto emptori et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sed ab omni homine et persona in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, ser Georgio Dissoto et Nicolao Dudlicg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

18.

1. IV. 1386. Radoslaui Dobrogosticg. L. 10.

Eodem die C. Dissimirus Cipriani de Cermnica per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Radoslauo Dobrogosticg de Sibenico libras quatuor denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure (L. 10.) proprio in perpetuum vnam vineam suam gonaiorum duorum uel circa (uel – precrtano), videlicet tam vites quam terram, sitam in Dubroua sub Magno Pomisal iuxta vineam heredum olim Georgij Medilicg, et iuxta vineam heredum olim Dismani Chuminicg, et iuxta vineam Radasini Glusac, et iuxta vineam Nicolai Dudlicg, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad habendum et cetera; promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici, in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Radoslauo Obradi et Misulo Vulxe, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

19.

1. IV. 1386. Ratci Cerdoni, filii Stoyslaui.

Eodem die C. Vulchasinus Petcouicg de uilla uocata Gmiçhi per hoc presens instrumentum promissit et se obligauit Ratchoni cerdoni, filio Stoyslaui de Sibenico, stipulanti, stare, perseuerare aput (!) eum pro discipulo, hinc usque ad duos annos proxime futuros, promittens (et) solempniter se obligando dicto suo magistro stipulanti, omnia seruicia et utilia in dicta arte eidem facere et prestare fideliter, et precepta eius et sue familie digna et iusta obedire, et res eius fideliter custodire, nec ab ipso discedere in terminum predictum. Et uersa uice dictus Ratchus promissit et se obligauit dictum Vulchasinum instruere in arte sua pre-

dicta bona fide, et eidem dare condecenter totum victum, vestimentum et calciamentum, et in fine dicti termini ipsum liberum dimittere, dando sibi de artificiis seu instrumentis sue artis, ut moris est magistrorum dicte artis, et
L. 10a. insuper vestimenta linea et grissea, et calciamenta (L. 10a.) omnia noua. Et hec omnia et singula suprascripta ambe dicte partes promisserunt vicissim, scilicet una pars alteri et altera alteri plene attendere et obseruare, et non contrauenire in aliquo, sub pena librarum viginti quinque denariorum paruorum, soluendarum parti obseruanti et cetera. Et ibidem de presenti Luchas Lubini de Sibenico precibus dicti Vulchasini, et mandato ac de licencia et uoluntate prefati domini comitis et eius curie, se constituit fideiussorem et principalem solutorem dicto Ratchoni pro dicta pena et dampno manifesto si fecerit contra predicta, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Cipriano Georgij et ser Michaele Ratci, testibus uocatis et rogatis.

20.

1. IV. 1386. Martini Iohannis. Eodem die C. Dragoslauus prenomine Zec condam Drahse de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Martino Iohannis, habitatore Sibenici, libras decem denariorum, pro quibus sibi iure pignoris obligauit et dedit vnam vineam suam gonaiorum trium uel circa, positam in Magno Chamenicnich iuxta vineam Hlapote Vulxe, et iuxta vineam Semogij Bogdani, et iuxta uiam publicam, et iuxta vineam Dese, relicte olim Dominici, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, tali condicione et pacto, quod quandocumque dictus Dragoslauus uel sui heredes aut successores dederint, soluerint et (s – precrtano) restituerint dicto Martino uel suis heredibus aut sucessoribus predictam pecunie quantitatem ante putacionem vinee, abatando lucrum ex dicta pecunia pro recompensacione dicte obligacionis solidorum viginti paruorum ad annum, ex tunc dicta obligacio eidem Dragoslauo et eius heredibus et succesoribus libera debeat remanere et cetera, promissit
L. 11. (L. 11) excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Nicolao Bunte et Nicolao Tomasij, testibus uocatis et rogatis.

21.

Eodem die C. Kata, filia olim Georgij Hranoticg de Sibenico per hoc presens instrumentum contenta et confessa fuit se habuisse et recepise a Georgio, filio Slouanni Pouerzenicg de Sibenico libras sexdecim denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnum locum suum totum et integrum, positum Sibenici sub Castro iuxta domum Radoslaui Rochouicg mediante uia uicinali, et iuxta domum Radini Tisenicg, et iuxta uiam publicam, et iuxta uiam uicinalem, (et iuxta domum Radini Tisenicg – precrtano), cum omnibus suis iuribus et pertinentiis ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in domo Dragoslaui Sosan, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Nicolao Bunte et Iohanne Pauli Vunucac, testibus uocatis et rogatis. 1. IV. 1386. Georgij Slouani.

Publicatum.

22.

Die secundo mensis aprilis. C. Stanacius Stoychouicg de Rachitnica per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se teneri et dare deberi Salchoni Salamunincg de Vzdolye libras decem denariorum paruorum, et hoc pro certo blado. Quas dictas libras dictus Stanacius per se et suos heredes et successores dicto Salchoni, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate (L. 11a.) Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad festum sancti Petri de mense iunio proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti nobilis vir ser Nicolaus Tudosij precibus dicti debitoris et mandato se constituit fideiussorem et principalem solutorem dicto creditori pro dicto debito, uidelicet capitale, pena, dampno, expensis ac interesse, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, ita quod dicti debitor et fideiussor principaliter et in solidum teneantur, scilicet in parte et in toto, super quem et ad quem ipsorum dictus creditor uoluerit se tenere, et pena soluta et cetera. Insuper et ibidem dictus Stanacius uoluit, quod si idem ser Nicolaus persolueret dictum debitum, quod tota anona tam vini quam bladi proxime futura sit et esse debeat eidem ser Nicolao obligata pro dicto debito. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Paulo Radoslaui et ser Iohanne Misse, testibus uocatis et rogatis. Et ego Duymus Zuratih, examinator, conscius me subscripsi. 2. IV. 1386. Salci Salamunicg. L. 11a.

23.

5. IV. 1386. Ser Saraceni Nicolai.

Die quinto (madij – precrtano) aprilis. C. Vulchoslauus Stoyslaui Prodasicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Saraceno condam Nicolai Saraceni de Sibenico libras sex denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum totam suam partem cuiusdam vinee, que peruenit eidem Vulchoslauo iure successionis, de bonis que fuerunt olim Bogdani Iohannis, positam in Obergna super terram dicti emptoris iuxta uiam publicam, et iuxta vineam (L. 12) (l – precrtano) Mathei Rangi, et iuxta vineam successorum olim Nicolai Ruçice, et iuxta terram incultam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis ad habendum et cetera, promissit exalumpniare et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Iohanne Stanoij Modrine et Iurica Pilluhouicg, testibus uocatis et rogatis.

L. 12.

24.

7. IV. 1386. Disse, relicte olim Bogdani Soldanicg et Iohannis eius (filij).

Die septimo mensis aprilis. C. Dissa, relicta olim Bogdani Soldanicg de Sibenico, tamquam detentrix bonorum dicti olim viri sui et Iohannes, filius dicte Disse et dicti olim Bogdani, ambo ad inuicem et insimul omni modo, iure et forma, quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum ser Duymum Zuraticg de Sibenico, ibidem presentem et cetera, eorum et cuiuslibet ipsorum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum (nuncium) specialem, specialiter, et nominatim ad agendum, petendum, exigendum, recuperandum et recipiendum ab heredibus olim Cipriani Radini de Sibenico certam pecunie quantitatem, quam ipsi constituentes habere et recipere debent a dictis heredibus dicti olim (v – precrtano) Cipriani, vigore cuiusdam publici instrumenti, scripti manu Dragote Radini, olim iurati notarii comunis Sibenici, dantes et concedentes dicto eorum procuratori plenam et liberam potestatem agendi, recipiendi petendi, citandi, placitandi, defendendi et respondendi coram regimine et curia Sibenici tam ecclesiastica quam seculari, et tam presenti quam futura, et alibi et cetera, generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici, in curia dicti ser Duymi, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Matomano sartore et Antonio sartore Hualouicg, testibus uocatis et rogatis.

(Cijela stranica ostala prazna.) L. 12a.

25.

Die octauo mensis aprilis. C. (Georgius – precrtano) Goyslauus Bratoslaui, qui moratur in uilla Doberçicha per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse ad pasculum a Iacobo condam Tuerdogij de Sibenico animalia minuta quinquaginta, item animalia minuta istius presentis anni viginti quatuor, que animalia promissit custodire, et pasculare, et saluare, secundum consuetudinem Sibenici, hinc usque ad festum sancti Georgij proxime futurum bona fide (et) sine fraude, et in fine dicti termini dictus Goyslauus promissit per se et suos heredes et successores dicto Iacobo, stipulanti pro, se et suis heredibus et successoribus aut cui iura sua contulerit, dare et restituere dictum capitale animalium, cum sua parte fetuum et aliorum (reditibus – precrtano) redituum, saluo iusto impedimento, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Et ibidem Dragoslauus Strianicg et Pomenus Radoslaui de Doberciçha, precibus dicti Goyslaui et mandato, se constituerunt fideiussores et principales solutores dicto Jacobo pro dicto capitale, pena, dampno et expensis ac interesse (litis – precrtano), super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, et cetera. Insuper uoluerunt, quod si dicta animalia in toto uel in parte perierint propter defectum ipsius Goyslaui, quod tunc dicti Goyslauus et fideiussores teneantur (ad refe – precrtano) emendare totum dampnum cum refeccione dampnorum et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta muraliam ser Andree Iurini, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, ser Nicolao Tudosij et Luca Lubini, testibus uocatis et rogatis.

L. 13.
8. IV. 1386.

Jacobi Tuerdoij.

26.

Die predicto C. Luchas Churinicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Drasa, relicta olim Lubislaui de Sibenico libras octo denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam terram suam vnius gonai uel circa, sitam in campo Morigne sub Bahcha iuxta uiam (uiam – ponovljeno i precrtano) publicam, iuxta monticulum ex duabus partibus, et iuxta terram Dismani Stagneuicg, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici, in ecclesia sancti Iacobi, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Iohanne Braysicg et Andrea Chermsicg, testibus uocatis et rogatis.

L. 13a.
8. IV. 1386.

Drase, relicte olim Lubislaui.

In margine: 1388., indictione 11. die 4. marcij in uia publica iuxta curiam habitacionis dicte Drase, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Michaele Galci, Dismano Mathei, testibus, dicta Drasa contenta et confessa fuit se recepisse a Rada, relicta olim dicti Luche libras octo paruorum, pro quibus sibi restituit dictam terram in pristinum statum et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

27.

8. IV. 1386. Eodem die C. Dissmanus Grubse de Sibenico per hoc presens instrumentum dedit pacto et concessit ad pastinandum

Dismani Grubse. Mirogio Zogicg de Bahçha, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et succesoribus, vnam terram suam gonaiorum nouem uel circa, sitam in campo Morigne, in loco uocato

Mirogij Zogicg. Rebine, iuxta terram ser Tomasij Dominici, et iuxta terram heredum olim Georgij Toboli, et iuxta montem, et iuxta terram heredum olim Misse Zganeuicg, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis. Quam dictam terram promissit dictus Mirogius totam cum bonis vitibus et aliis (arboribus – precrtano) fructibus perplantare suis sumptibus et expensis, hinc usque ad tres annos proxime futuros, secundum statutum et ordines Sibenici (da – precrtano), et ipsam pastinacionem et eius iura manutenere fideliter et colere diligenter, secundum statutum et ordines Sibenici, dando dicto

L. 14. Dissmano et eius (L. 14.) heredibus et successoribus quolibet anno ibidem in vinea integram et paratam quartam partem tocius musti et aliorum fructuum quicquid dicta terra produxerit germinando, et reliquas tres partes sibi retinendo pro suo labore et cetera. Locator promissit excalumpniare et cetera. Conductor promissit attendere sub pena contenta in statuto comunis Sibenici et cetera. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, ser Gregorio Nigoij et Radoslauo Goyslaui, testibus uocatis et rogatis. Publicatum pro conductore.

In margine: Publicatum per me Iohannem de Pola notarium et cancelarium in 1422., indictione XV., die quarto maij.

28.

8. IV. 1386. Eodem die C. Nobilis vir ser Dominicus Perfçicg de Sibe-

Bogdani barberij. nico, tamquam procurator et procuratorio nomine fratris Iacobi Bouine, ordinis Predicatorum de Sibenico, ut asse-

rebat, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Bogdano barberio condam Milci de Sibenico libras decem denariorum paruorum, pro quibus sibi, nomine quo supra, dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam terram dicti fratris Iacobi gonai vnius uel circa, sitam in campo Morigne in loco uocato Zagoricge iuxta vineam Perfse Stancij ex duabus partibus, et iuxta terram heredum olim ser Petri Tolini, et iuxta terram Radosij Sigicg, cum omnibus eius iuribus et pertinenciis ad habendum et cetera. Promissit nomine suo et procuratorio nomine, quo supra, excalumpniare et cetera, super se et omnibus bonis suis et dicti fratris Iacobi presentibus et futuris. Actum Sibenici, in platea comunis, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, Radoslauo Tolse et Andrea Chermse (!) testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

29.

8. IV. 1386.

L. 14a.

Ser Martini Tisci.

Eodem die C. Cum prefatus dominus comes et dicti iudices poni facerent publice ad incantum vnam terram comunis Sibenici gonaiorum decem et vretenorum sex, positam in Striseuo iuxta vineam heredum olim ser Tomasij Tisci ex duabus partibus, et iuxta vineam Zanni Barbe, et iuxta vineam heredum olim (Georgij – precrtano) ser Michaelis Toboli, mandantes Iacobo preconi comunis Sibenici, quod ipsam terram incantare deberet per dies XV continuos per ecclesiasticas platheas et alia loca consueta dicte ciuitatis, secundum statutum et ordines Sibenici. Qui preco retulit se incantasse publice dictam terram per loca suprascripta per dies quindecim continuos et ultra, ferendo cedullam in manu, ut moris est. Et quia nemo comparuit, qui se plus daturum offeret, neque tantum quantum nobilis vir ser Martinus condam Tisci Chergote de Sibenico, qui se daturum obtulit libras sexdecim denariorum paruorum pro quolibet gonaio dicte terre, et propterea egregius vir dominus Lodouicus de Georgijs, legum doctor, comes Sibenici suprascriptus, ac nobiles vir (!) ser Tomas Dominici, ser Ciprianus Georgij, ser Michael Ratci, et ser Dragota Radetini, iudices prefate maioris curie Sibenici, factis prius tribus inuitis, per dictum preconem, ut moris est, (ded – precrtano) uendiderunt et per publicum incantum deliberauerunt et tradiderunt iure proprio in perpetuum dicto ser Martino, presenti, stipulanti, ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, predictam terram, cum omnibus suis iuribus et

pertinenciis, ad habendum et cetera, et hoc pro precio suprascripto, volentes prefati dominus comes et iudices, quod idem ser Martinus debeat persoluere comuni(s – precrtano) Sibenici per ratam tantum quantum designabunt sibi de dicta terra. Et hoc immo quia idem ser Martinus oretenus dicebat, quod de predicta terra sunt gonai quatuor de propria terra (dicti – precrtano) heredum (dicti – precrtano) olim ser Tomasij Tisci, asserens quod dictus olim ser Tomas emit predictos quatuor gonaios terre per publicum instrumentum
L. 15. per quod dixit se uelle probare. (L. 15.) Quam vendicionem predictam promisserunt prefati dominus comes et iudices, nomine et uice comunis Sibenici, per se et eorum successores dicto emptori et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sed ab omni homine et persona in racione legitime defendere et excalumpniare, super omnibus bonis dicti comunis Sibenici, presentibus et futuris. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, ser Daniele Marini et ser Nicolao Zuraticg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

30.

12. VI. 1386. Die duodecimo mensis iunij. C. Gifsa Radoyeuicg de uilla Pocrofçicg ex una parte, et Draga, relicta olim Nicolai Semoticg de Sibenico ex altera parte in Dei nomine matri-

Gifse Radoyeuicg. monium inter se contraxerunt per uerba legitima de presenti ita videlicet, quod dictus Gifsa sit et esse debeat uir legitimus dicte Drage, secundum Deum et sanctam reuerendam ecclesiam, et eodem modo, quod dicta Draga sit et esse debeat (erit – precrtano) uxor legitima dicti Gifse, cum mutuo et pari consensu ad inuicem fidem dederunt inter se manualiter se tangentes, consencientes vnus in alterum sicut vir in uxorem et econuerso, ut moris est, necnon promittentes ambe dicte partes sibi inuicem dictum matrimonium complere et nupcias cellebrare (!), hinc usque ad quindecim dies proxime futuros, uel ante ad uoluntatem utriusque partis, sub pena librarum trecentarum denariorum paruorum, soluendarum parti obseruanti per partem non obseruantem. Et ibidem de presenti (dicta Draga dedit in aportauit secum in dote ad – precrtano) dictus Gifsa contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse in dote et nomine dotis dicte Drage,
L. 15a. uxoris sue, a predicta sua vxore vnam vineam (L. 15a.) ipsius Drage gonaiorum decem cum dimidio, cum muralia sita in dicta vinea, positam in Tribohun iuxta vineam heredum olim

Prodase chalaphati ex duabus partibus, et iuxta vineam heredum olim Protci chalaphati, et iuxta (residuitatem – precrtano) vineam heredum olim Nicolai Semoticg, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, saluo semper iure terratici domini terre, et hoc pro precio et nomine precij librarum viginti et solidi vnius denariorum paruorum (pro) quolibet gonaio dicte vinee, quod mutat et ascendit ad summam librarum ducentarum et decem et solidorum decem cum dimidio denariorum paruorum. Quam dictam pecunie quantitatem dictus Gifsa per se et suos heredes et successores promissit aput (!) se saluam habere, secundum consuetudinem docium, et predictam pecunie quantitatem dare, soluere et restituere dicte Drage, uxori sue, siue illi uel illis cui uel quibus ius et casus dederit, in omnem casum et euentum restituende dotis, sub pena reffeccionis omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici in domo habitacionis Luche Lubini, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, ser Andrea Iurini et Gregorio Budislaui (Mathei – precrtano), testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

31.

10. IV. 1386. L. 16.

Stane uxori Vulchoslaui Prodasicg.

Michaelis condam (Bosa – precrtano) Bolacij.

Die decimo mensis aprilis. C. Stana, uxor Vulchoslaui Prodasicg de Sibenico, cum consensu et uoluntate dicti sui viri ibidem presentis, et ad omnia et singula infrascripta ratificantis, ex una parte, et Michael condam Bolacij de Sibenico, ex altera parte, per hoc presens instrumentum contenti et confessi fuerunt utrique in uicem tale concambium et permutacionem inter se perpetuo fecisse, in quo quidem concambio dicta Stana cum consensu, ut supra, per se et suos heredes et successores dedit et tradidit iure permutacionis et concambij in perpetuum dicto Michaeli, presenti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus, vnum gonaium pastini sui, quod ipsa Stana habuit in dotem a sua matre, positum in Obergna iuxta vineam Lubosij Molnyasicg, et iuxta vineam Radoslaui Vulchnicg, et terram incultam ex duabus partibus, ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum, et quicquid ipsi (emp – precrtano) Michaeli et suis heredibus et successoribus exinde placuerit perpetuo faciendi, sine contradiccione alicuius persone. C. Et uersa uice dictus Michael per se et suos heredes et successores dedit et tradidit iure permutacionis et concambij in perpetuum dicte Stane, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, vnum locum suum uacuum totum et integrum, positum in Sibenico in Gorica iuxta domum Michaelis Stoyani, et iuxta uiam pu-

blicam, et iuxta curiam Hranoij Molnyasicg, et iuxta uiam uicinalem, cum introitu et exitu suo, et cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, ad habendum ut supra, (quam permutacionem predictam – precrtano), et insuper dictus Michael absoluit dictam Stanam de reditibus preteritis ipsius vinee. Quam permutacionem predictam promisserunt ambe dicte partes vicissim, scilicet una pars alteri et altera alteri per se et eorum heredes et successores (plene – precrtano) perpetuo
L. 16a. firmam et ratam habere et tenere, et non contra- (L. 16a.) facere uel uenire in aliquo, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera, sed rem predictam una pars alteri et altera alteri a se cambitam et permutatam in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in ecclesia sancti Iacobi, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Gregorio Nigoij et ser Nicolao Tudosij, testibus uocatis et rogatis. Et ego Duymus Zuratih, examinator, conscius me subscripsi.

32.

10. IV. 1386. Eodem die C. Ciprianus condam Stancij Chuse de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se (habuisse et recepisse – precrtano) teneri et dare deberi ser
Zanini Barbe. Zanino Barbe condam Nastasselli de Sibenico libras quadraginta octo denariorum paruorum, et hoc pro panno per ipsum Ciprianum empto et habito a dicto ser Zanino, ut asserebant. Quas dictas libras dictus Ciprianus per se et suos heredes et successores dicto ser Zanino, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione dicti ser Zanini, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Iohanne Dminoij et Marchione Petri, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

(Sve precrtano.)

33.

10. IV. 1386. Perfse Stancij. L. 17. Eodem die C. Bogdanus barberius condam Milci de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Perfsa condam Stancij de Sibenico libras decem denariorum paruorum, pro- (L. 17.) quibus

sibi ex causa vendicionis dedit, cessit, transtulit et mandauit iure proprio in perpetuum totum suum vigorem et robur vnius publici instrumenti sui, et omnia iura sua et acciones, reales et personales, utiles et directas, que uel quas habebat uel habere poterat in ipso instrumento aduersus et contra ser Dominicum Perfçicg de Sibenico, eius proprio nomine et tamquam procuratori et procuratorio nomine fratris Iacobi Bouine ordinis Predicatorum, occasione vnius terre gonai vnius uel circa, posite in Campo Morigne in loco uocato Zagoricye iuxta vineam dicti Perfse ex duabus partibus, et iuxta terram heredum olim ser Petri Tolini, et iuxta terram Radosij Sigicg, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis. Quam dictam terram dictus Bogdanus emit et habuit a dicto ser Dominico tamquam a procuratore, ut supra, pro precio suprascripto, ut de hoc plene constat uno publico instrumento, scripto et condito manu mei notarii infrascripti, sub predictis millesimo et indictione, die octauo mensis aprilis et cetera, ut in dicto instrumento plenius continetur. Quod dictum instrumentum dictus Bogdanus ibidem de presenti dedit et tradidit dicto Perfse, constituens eum procuratorem et uerum dominum tamquam in rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quod amodo in antea suo nomine iuribus et accionibus, realibus et personalibus, utilibus et directis, dictus Perfsa predictum instrumentum et omnia in eo contenta penitus, et dictam terram uti ualeat et tenere, habere et possidere, dare, donare et uendere, agere, petere, experiri, seque tueri, et omnia et singula facere ut ipse poterat, et ut ei ualeat prout sibi actenus ualebat uel ualere poterat ante cessionem presentem. Quam cessionem predictam et omnia et singula suprascripta promissit dictus Bogdanus per se et suos heredes et successores dicto Perfse et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Iohanne Stoyslaui Guduthanin et Michaele Radomeri, testibus uocatis et rogatis. *Publicatum.*

34.

L. 17a. 11. IV. 1386.

Milgosti sartoris condam Veselci.

Die vndecimo mensis aprilis. C. Slouanus Pouerzenicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico libras tres denariorum paruorum, pro quibus dictis libris dictus Slouanus per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus

et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et asignare promissit modia tria musti, uocati opol, in litore maris sub muro ciuitatis Sibenici istius annone proxime future, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Tolino Iohannis et ser Andrea Iurini, testibus uocatis et rogatis.

Precrtano sve, a in margine stoji:

1386., indictione 9., die 17. septembris in uia publica iuxta stacionem habitacionis ser Iohannis Naplauicg, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, Michaele Perfci et Marino Pribacij, testibus, dictus Milgostus contentus fuit se recepisse a dicto Slouano dicta tria modia musti, de quibus fecit sibi finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

35.

12. IV. 1386.

Dominici Macchouicg.

Die duodecimo mensis aprilis. C. Drasinus condam Dragote Turnicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Dominico Mathei Macchouicg (možda mjesto Matchouicg) de Sibenico libras nouem denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam vineam suam gonaiorum duorum uel circa, videlicet tam vites quam terram, sitam sub Magno Pomisal, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Iohanne Misse et Iacobo aurifice, testibus uocatis et rogatis.

36.

L. 18. 12. IV. 1386. Lubini Milesicg.

Hranislaui Druseticg.

Eodem die. C. Lubinus Milesicg de Iadra, nomine suo, et nomine Misuli, fratris sui, pro quo promissit de rato habendo, ex una parte, et Hranislauus Druseticg, habitator de Raslina ex altera, per hoc presens instrumentum sponte et ex certa sciencia dixerunt et confessi fuerunt inter eos diligenter racionem (posus – precrtano) posuisse de omnibus hijs, que vnus alteri et alter alteri dare debebat uel tenebatur, quacumque de causa uel racione, et specialiter de animalibus, que idem Hranislauus habuit a dictis fratribus ad pascendum, et quod nullus eorum remaneret ad dandum aliquid alteri. Et propterea predicti Lubinus et Hranislauus, nominibus quibus supra, fecerunt sibi inuicem plenam et irreuocabilem securitatem, quietacionem, absolucionem, libertatem. et pactum de

non petendo aliquid amplius in perpetuum de omnibus et singulis, que unus (un – precrtano) alteri uel sibi inuicem dare uel facere aut soluere uel omnimode debuissent, ab hodie retro, quocumque modo et quacumque ex causa, cassantes et irritantes omnes raciones quas habuerunt inter se temporibus retroactis usque in hodiernum. Que omnia et singula ambe (dicte – precrtano) partes, nominibus quibus (super – precrtano) supra, promisserunt vicissim per se et eorum heredes et successores plene attendere et obseruare, et non contrauenire in aliquo, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Dominico Perfçicg et ser Tolino Iohannis, testibus uocatis et rogatis. Et ego Duymus Zuratih, examinator, conscius me subscripsi.

37.

L. 18a.

15. IV. 1386.

Martini Iohannis.

Die quintodecimo mensis aprilis. C. Protchus Stancouicg de insula Zlarin per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Martino Iohannis, habitatore Sibenici, habitatore Sibenici (posljednje ispisano dvaput), libras viginti denariorum paruorum, pro quibus sibi iure pignoris obligauit et dedit vnam vineam suam gonaiorum quatuor uel circa, sitam in Zlarin, iuxta vineam ser Georgij Crusuenaçicg, et iuxta vineam ser Bogdani Striçicg, et iuxta vineam heredum olim Dismani Luxicg, et iuxta vineam heredum olim Vuladihe Stanoij, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, tali condicione et pacto, quod quandocumque, post percepcionem redituum dicte vinee presentis anni proxime futuri, dictus Protchus uel sui heredes aut successores dederint, soluerint et restituerint dicto Martino uel suis heredibus aut successoribus predictam pecunie quantitatem ante putacionem vinee, abatando lucrum ex dicta pecunia pro recompensacione dicte obligacionis solidorum sexdecim paruorum, ex tunc dicta obligacio eidem Protchoni et suis heredibus et successoribus libera debeat remanere. Quam vineam idem Protchus promisit et dixit quolibet anno suis sumptibus et expensis bene et fideliter laborare, secundum modum vinee, dando dicto dicto (! dvaput pisano) Martino, uel cui ipse comisserit, integram dimidiam tocius musti et aliorum fructuum quicquid dicta vinea produxerit germinando, et aliam sibi retinendo pro suo labore et cetera, promisit excalumpniare. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis (domum heredum – precrtano) ser Stephani Laurencij, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Iacobo marangone (!) et Nicolao Chamenaricg, testibus uocatis et rogatis.

38.

L. 19.

16. IV. 1386.

Milgosti sartoris condam Veselci.

Die sextodecimo mensis aprilis. C. Georgius Criznicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico integram solucionem pro starijs octo olei, videlicet pro quolibet stario solidos septem paruorum, quod dictum oleum dictus Georgius per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit in ciuitate Sibenici istius annone proxime uenture, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt per pactum inter eos habitum et expressum, quod si dictus Georgius non haberet tantum de suo oleo quod sufficeret dicto Milgosto pro dicto debito, quod tunc idem Georgius debeat dare dicto Milgosto in ciuitate Sibenici de suo vino, uocato opol, istius annone proxime future, pro precio solidorum viginti paruorum pro quolibet modio dicti vini, usque ad integram solucionem et satisfaccionem dicti debiti, sub pena predicta et cetera. Actum in molo comunis Sibenici, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Andrea Chermse et Stancio Glusçicg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

39.

16. IV. 1386.

Ser Martini Tisci.

L. 19a.

Eodem die. C. Religiosa et honesta domina Rada, priorisa monasterii ecclesie sancte Katarine de Sibenico per hoc presens instrumentum contenta et confessa fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Martino condam Tisci Chergote de Sibenico libras octuaginta denariorum paruorum, quas asserebat se conuertisse in reparacionem coquine ipsius monasterii, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam terram suam gonaiorum octo, sitam in Striseuo iuxta terram dicti emptoris, et iuxta terram ser Tomasij Michaticg, et iuxta terram ser Michaelis Stephani Marci, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis (L. 19a.), ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in monasterio dicte ecclesie, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Stoyano Stoymili et Damyano Vulchouicg, testibus uocatis et rogatis.

40.

16. IV. 1386.

Georgij Iudei condam Marci.

Eodem die C. Iohannes Suerçicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Georgio Iudeo condam Marci de Sibenico integram solucionem et satisfaccionem pro modiis duobus olei, videlicet pro quolibet stario solidos nouem paruorum, quod dictum oleum totum dictus Iohannes, per se et suos heredes et successores dicto Georgio, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit, hinc usque per totum mensem nouembris proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt, quod si dictus Iohannes non habuerit de oleo tantum, quod sufficeret pro dicto debito, quod tunc idem Iohannes debeat dare dicto Georgio de suo vino, pro debito predicto, pro precio quo tunc ad minus ualebit, istius uindemie proxime future, sub pena predicta, et pena et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Stephano Dragani et Helia Crassani, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

Publicatum.

41.

16. IV. 1386. Radacij Pribislaui Sisgore. L. 20.

Eodem die C. Pribislauus, prenomine Sisgora, de insula Srimac, ad instanciam et peticionem Radacij sui filij, habitatoris Sibenici, ibidem presentis, per hoc presens instrumentum, sponte et ex certa scencia, dixit et confessus fuit, quod uerum est, quod ipse Pribislauus emancipauit (L. 20.) a se, et a sua manu, et paterna potestate, et totaliter liberauit dictum Radacium, filium suum, secundum statutum et ordines Sibenici, per publicum instrumentum, iam sunt circa viginti anni ellapsi (!), de examinatore, notario et testibus dixit, quod non recordatur, et quia dictum instrumentum emancipacionis est combustum in combustione ciuitatis Sibenici, et nota ipsius non potest inueniri, ut asserebant, ideo ne dicto Radacio et eius heredibus et successoribus fiat aliquid preiudicium, volens dictus Pribislauus ueritatem facti confirmare omni modo, iure et forma, quibus melius potuit, aprobauit dictam emancipacionem iuridice factam, et quicquid dictus Radacius ab eo tempore cura acquisiuit, contraxit, seu fecit, aut testatus fuit, uel deinceps faceret, contraheret, testaretur uel modo aliquo ordinaret, quod tantum ualeat et firmitatem obtineat, quantum si appareret instrumentum emancipacionis prefate, uel si factum et ordinatum fuisset per hominem sui

iuris, et ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc ipsam emancipacionem, et omnia ex ea, et uirtute ipsius emancipacionis acta et gesta per dictum Radacium, tamquam per hominem sui iuris, et liberum a paterna potestate, confirmauit, approbauit, et ratificauit, ita quod occasione seu deffectu note dicti instrumenti deperditi, nullum dicto Radacio et eius heredibus et successoribus preiudicium generetur. Quam emancipacionem et manumissionem sic factam, et omnia et singula suprascripta, promissit dictus Pribislauus per se et suos heredes et successores dicto Radacio, a se iam ut prescribitur emancipato, et eius heredibus et successoribus, perpetuo tempore firma et rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire aliquo modo de iure uel de facto, sub pena reffeccionis omnium dampnorum et cetera. Et de predictis dicti Pribislauus et Radacius rogauerunt me notarium infrascriptum publicum conficere instrumentum. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Dominico Perfçicg et ser Martino Tisci, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

42.

L. 20a.

17. IV. 1386.

Milgosti sartoris condam Veselci.

Die decimo septimo mensis aprilis. C. Damyanus Vulcouicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico libras tres denariorum paruorum, pro quibus dictus Damyanus per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et conssignare promissit de suo oleo proxime futuro istius anni presentis, pro precio solidorum septem paruorum quodlibet starium, usque ad integram solucionem dicte pecunie. Et si talis casus euenerit, quod ipse Damyanus non haberet tantum de suo oleo quod sufficeret dicto Milgosto pro dicto debito, quod tunc idem Damyanus (idem Milgosto – precrtano) dare debeat dicto Milgosto modia tria musti istius annone proxime future, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Nicolao Cuidouicg et Tomasio pellipario, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Publicatum.

(Sve precrtano.)

43.

17. IV. 1386.

Ser Nicolai Gregorij Dragoij.

Eodem die. C. Dragac Vulchoslaui et Vulch Bossani de Sibenico per hoc presens instrumentum contenti et confessi fuerunt, ipsos habuisse et recepisse a nobili viro ser Nicolao Gregorij Dragoij de Sibenico florenos viginti auri, videlicet quilibet ipsorum per florenos decem auri, pro quibus dictis florenis dicti Dragac et Vulch promisserunt et debent ire seruire in castro Lab pro balestrarijs, per spacium duorum mensium proxime futurorum, ad expensas dicti vicebani de ore. Et in fine dictorum duorum mensium dictus ser Nicolaus promissit ipsos facere poni in ciuitate Sibenici cum omnibus eorum bonis et rebus, ad expensas domini vicebani, si erunt viui. Et hec omnia et singula suprascripta ambe dicte partes promisserunt vicissim (L. 21.) attendere et obseruare, et non contrauenire in aliquo, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti Andreas Chermsicg de Sibenico, precibus dicti Vulci et mandato, se constituit fideiussorem et principalem solutorem pro parte dicti Vulci et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis Iohannis Georgij Medilicg, presentibus ser Daniele Marini examinatore, dicto Iohanne et Obrado Goyslaui, testibus uocatis et rogatis.

L. 21.

44.

18. IV. 1386.

Ser Iohannis Petri Bogdani.

Die decimo octauo mensis aprilis. C. Nobilis vir ser Nicolaus Tudosij Radouani de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Iohanne Petri Bogdani de Sibenico florenos quadraginta quinque auri in auro, quos dictus ser Iohannes dare debebat dicto ser Nicolao uirtute vnius publici instrumenti, scripti et conditi manu mei notarii infrascripti, sub millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indiccione octaua, die decimo septimo mensis maij et cetera. Quare dictus ser Nicolaus per se et suos heredes et successores fecit dicto ser Iohanni, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus (aut cui iura sua contulerit s – precrtano) finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denariis per ipsum ser Nicolaum perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti presentibus presentibus (!) ser Saraceno Nicolai examinatore, Zanino Barba et Dragacio Vulchoslaui, testibus uocatis et rogatis.

45.

18. IV. 1386.

L. 21a.

Dragacij Vulchoslaui.

Eodem die. C. Dragac Vulchoslaui, habitator Sibenici, (per hoc presens instrumentum – precrtano) omni modo, uia, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit, fecit, constituit et ordinauit nobilem virum ser Iohannem Michaelis Naplauicg de Sibenico, absentem tamquam presentem, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem, et certum nuncium specialem, ad omnes et singulas eius causas, lites, questiones et controuersias, quas ipse constituens habet uel habere sperat cum quacumque et quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam secularibus, colegijs uel vniuersitatibus, super quibuscumque rebus et negocijs, et coram quocumque rectore et iudice, tam canonico quam seculari, tam in agendo, recipiendo, petendo, quam in defendendo et cetera, (Actum si – precrtano) generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici in stacione habitationis ser Dragote Radetini, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, dicto ser Dragota et ser Michaele Ratci, testibus uocatis et rogatis.

46.

24. IV. 1386.

Pelnci Dragote.

L. 22.

Die vigessimo quarto mensis aprilis. C. Pelncho condam Dragote Pelnini Schoccicg de Sibenico, et nunc habitator (Sibenici – precrtano) Iadre, de licencia et uoluntate prefati domini comitis et eius curie omni modo, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit fecit, constituit et ordinauit Milgostum cridonem condam Drasci de Sibenico, ibidem presentem et cetera, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, specialiter et nominatim ad uendendum et alienandum quendam locum ipsius constituentis, positum Sibenici sub castro iuxta domum Radoslaui Rochouicg, et iuxta domum heredum olim (L. 22.) Radmani Dobrisicg, et iuxta uiam publicam cui et quibus (sibi – precrtano) eidem procuratori melius uidebitur, et pro precio quo poterit meliori, et de huiusmodi uendicione notarium rogandum et instrumentum fieri faciendum, cum omnibus et singulis promissionibus, obligacionibus, pena, adiectionibus et solempnitatibus debitis, consuetis et oportunis, secundum morem ciuitatis Sibenici, precium recipiendum, et confitendum et auxilio legum et statuti renunciandum, et si expedierit ad agendum, petendum, exigendum, recuperandum et recipiendum, rendendum et defendendum et cetera, generaliter et ad plenum, cum clausullis oportunis et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Dismano Radmani et Iohanne Stoyslaui Guduchanin, testibus uocatis et rogatis.

47.

Die vigessimo quinto mensis aprilis. C. Gregorius Cipriani Radini de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse ad lucrum a Georgio prenomine Zudicg condam Marci (j – precrtano) de Sibenico libras centum et quinquaginta denariorum paruorum, cum quibus dictis libris dictus Gregorius promissit et dixit se negociare, mercare et lucrare bona fide sine fraude, qualiter et quomodo sibi uidebitur conuenire, hinc usque ad festum (sancte) Marie de mense augusti (!) proxime futurum non eundo contra banum, uel ubi pignora forent contra comunem Sibenici, et in fine dicti termini, quod predictus Gregorius teneatur et debeat, et sic promissit per se et suos heredes et successores dicto Georgio, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, facere et assignare promissit (!) ueram (L. 22a) et apertam racionem, et ibidem dare et soluere sibi dictum capitale, cum quarta parte tocius lucri ex dicta pecunia consecuti uel dampni si quod fuerit manifesti, quod Deus auertat, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Georgio Mathei et Dissmano Radunicg, testibus uocatis et rogatis.

25. IV. 1386.

Georgij condam Marci.

L. 22a.

(Precrtano.)

In margine: 1387., indictione decima, die 11. februarij in plathea comunis, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, Nicolao Dudlicg et Georgio Radoij testibus, dictus Georgius contentus fuit se recepisse a dicto Gregorio predictam pecunie quantitatem, de qua fecit eidem finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

48.

Eodem die C. Radoslauus prenomine Gladiglaua condam Obradi et Andreas Chermse de Sibenico, ambo ad inuicem et in simul, per hoc presens instrumentum, contenti et confessi fuerunt ipsos habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico integram solucionem pro vno modio olei, videlicet pro quolibet stario dicti olei solidos septem denariorum paruorum. Quod dictum modium olei dicti Radoslauus et Andreas per se et eorum heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus

25. IV. 1386.

Milgosti sartoris condam Veselci.

et successoribus (et s – precrtano) aut cui iura sua contulerit dare et assignare promisserunt, videlicet quilibet ipsorum suam dimidiam istius annone proxime future, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt per pactum inter eos habitum et expressum, quod si Radoslauus et Andrea non haberent tantum de suo oleo quod sufficeret dicto Milgosto pro dicto debito, quod tunc dicti Radoslauus et Andreas teneantur et debeant, et sic promisserunt, dare et assignare dicto (mo – precrtano) Milgosto tantum de eorum musto, uocato opol, quod sufficeret pro dicto debito, pro precio solidorum viginti paruorum quodlibet modium dicti musti istius annone proxime uen-
L. 23. ture, et hoc in ciuitate Sibenici, sub pena predicta, et (L. 23) pena soluta uel non rato manente contractu. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Iohanne Luchaçicg et Iacobo Gregorij, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

(Sve precrtano.)

49.

26. IV. 1386. Die vigessimo sexto mensis aprilis. C. Veselinus Vulxicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico integram solucionem pro starijs octo olei, videlicet pro quolibet stario solidos septem denariorum paruorum, quod dictum oleum dictus Veselinus per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit istius annone proxime future, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt, quod si dictus Veselinus non haberet tantum de oleo quod sufficeret dicto Milgosto pro dicto debito, quod tunc idem Veselinus teneatur et debeat dare dicto Milgosto de suo vino, uocato opol, tantum quod sufficeret pro dicto debito, pro precio solidorum viginti paruorum quodlibet modium, in ciuitate Sibenici istius annone proxime uenture, sub pena predicta. Actum Sibenici in uia publica iuxta palacium comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, ser Iohanne Misse et Iohanne Luchaçicg, testibus uocatis et rogatis.

Milgosti predicti.

50.

Die penultimo mensis aprilis. C. Discretus vir presbiter Georgius condam Stancij, canonicus Sibenicensis, tamquam plebanus ecclesie sante Marie de Zlarin per hoc presens instrumentum, nomine et uice dicte ecclesie, contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Gregorio Stancouicg de Zlarin libras sex denariorum paruorum, quas dictus olim Stanchus dare mandauerat in aliquo bono opere dicte ecclesie, ut asserebant, per suum ultimum testamentum, pro quodam gonaio vno vinee, site in Zlarin iuxta montem, et iuxta vineam Dobre, filie olim Nicolai, et iuxta residuitatem vinee dicti olim Stanchi ex duabus partibus. Quare dictus presbiter Georgius, nomine quo supra, per se et suos successores fecit dicto Gregorio, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus finem, quietacionem, remissionem, absolucionem et pactum de ulterius et perpetuo aliquid non petendo de dictis denarijs per ipsum perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Radohna Lalchouicg et Stoyano Miçicg, testibus uocatis et rogatis.

L. 23a.

29. IV. 1386.

Gregorij Stanchouicg.

51.

Die tercio mensis maij. C. Matheus Crisani de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Milgosto sartore condam Veselci de Sibenico integram solucionem pro starijs octo olei, videlicet pro quolibet stario solidos septem denariorum paruorum, quod dictum oleum dictus Matheus per se et suos heredes et successores dicto Milgosto, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit istius annone proxime future, (sub – precrtano) sine aliqua (L. 24.) questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Insuper uoluerunt, quod si dictus Matheus non haberet tantum de oleo quod sufficeret dicto Milgosto, quod tunc idem Matheus teneatur et debeat dare dicto Milgosto de suo uino, uocato opol, tantum quod sufficeret pro dicto debito, pro precio solidorum viginti paruorum quodlibet modium, in ciuitate Sibenici istius annone proxime uenture, sub pena predicta. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Zanino Barba et Dminisa Mathei, testibus uocatis et rogatis.

3. V. 1386.

Milgosti sartoris condam Veselci.

L. 24.

52.

3. V. 1386. Gregorij Cipriani, et eius fratruum.

Eodem dic C. Gregorius, Iohannes et Georgius, fratres, et filii olim Cipriani Radini de Sibenico (per hoc presens instrumentum contentus – precrtano) omni modo, iure et forma, quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt (eorum et cuiuslibet – precrtano) Michaelem Petri Iurse de Sibenico, absentem tamquam presentem, eorum et cuiuslibet ipsorum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, specialiter et nominatim in causa et questione, quam habent cum heredibus olim Bogdani Soldanicg de Sibenico, coram regimine et curia Sibenici, tam in agendo quam in respondendo et defendendo et cetera, generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem ser Iacobi Vulcete, presentibus ser Saraceno Nicolai examinatore, ser Georgio Radetini et Francisco Dominici, testibus uocatis et rogatis.

53.

3. V. 1386. L. 24a. Ser Martini Nicolai Petri.

Eodem die C. Dragogius condam Nicolai Dragoij de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se teneri et dare deberi nobili viro ser Martino Nicolai Petri de Sibenico florenos quadraginta duos auri in auro, et hoc pro certis pellibus per ipsum Dragogium emptis et habitis a dicto ser Nicolao. Quos quidem dictos florenos dictus Dragogius per se et suos heredes et successores dicto ser Martino, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluos in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad festum sancte Trinitatis proxime uenturum, uel ante si de primo viagio redierit Sibenicum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Stephano Mauri et Martino Gregorij Bolci, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 26. maij in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Iohanne Stoyslaui Guduchanin et Iacobo aurifice, testibus, dictus ser Martinus contentus fuit se recepisse a dicto (Martino – precrtano) Dragogio predictos florenos, de quibus fecit eidem finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

54.

Eodem die in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Nobilis vir ser Martinus Nicolai Petri de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Radino bichario condam Dobroslaui et a Radeta condam Radete Maclicg de Sibenico libras centum et octuaginta denariorum paruorum, quas sibi dare debebat vigore vnius publici instrumenti, scripti manu Zilij condam Gulielmi de Albanis de Regio, iurati cancellarij comunis Sibenici, sub millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione octaua, die vigessimo octauo mensis iullij et cetera. Quare dictus ser Martinus per se et suos heredes et successores fecit dictis Radino (L. 25.) et Radete, stipulantibus pro se et eorum heredibus et successoribus, finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atquem pactum de non petendo aliquid amplius in perpetum de predictis denariis per ipsum ser Martinum perceptis, occasione predicta, a dictis Radino et Radeta, sub pena quarti pluris et cetera. Actum ut supra et cetera.

Publicatum.

3. V. 1386.

Radini bicharij et Radete Maclicg.

L. 25.

55.

Die quinto mensis maij. C. Iohannes Cuitani Muntanicg de Sibenico omni modo, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit, fecit, constituit et ordinauit Michaelem, fratrem suum, et filium dicti olim Cuitani de Sibenico, absentem tamquam presentem, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, ad omnes et singulas eius causas, lites, questiones et controuersias, quas ipse constituens habet uel habere sperat cum quacumque et quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam secularibus, collegijs uel vniuersitatibus, super quibuscumque rebus et negocijs, et coram quocumque rectore et iudice, tam canonico quam seculari, tam in agendo, recipiendo, petendo, quam in defendendo et cetera, generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Iohanne Radoslaui et ser Iohanne Misse, testibus uocatis et rogatis.

5. V. 1386.

Iohannis Muntanicg.

56.

Die sexto mensis maij. C. Michael Drasacij Butrisicg de Sibenico, per hoc presens instrumentum, dedit pacto et concessit ad pastinandum Heruatino Muzbraticg, habitatori Sibenici, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et succes-

L. 25a.

6. V. 1386.

Michaelis Drasacij Butrisicg.

soribus vnam terram suam gonayorum sex uel circa, sitam in Srima iuxta terram presbiteri Dismani Vidosij, et iuxta vineam heredum olim Nicolai Chuzelicg, et iuxta vineam Mare, relicte olim Tolse, et iuxta terram heredum olim
Heruaatini Muzbraticg. Georgij Uhaliçicg, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs. Quam dictam terram dictus Heruatinus teneatur et debeat, et sit promissus suis sumptibus et expensis (ad – precrtano) cum bonis vitibus perplantare tunc quando potuerit, et quod ipsam pastinacionem idem Heruatinus per se et suos heredes et successores (ut – precrtano) uti debeat et tenere, gaudere et possidere, et omnes redditus et fructus sibi percipere, dando et soluendo quolibet anno dicto Michaeli et eius heredibus et successoribus pro (affictu dicti loci – precrtano) terraticho dicte terre solidos quatuor paruorum pro quolibet gonaio dicte terre in festo Circumcissionis domini nostri Iesu Christi (proxime – precrtano), sub pena contenta in statuto comunis Sibenici et cetera, excepto quod pro quinque annis proxime uenturis nil (d – precrtano) teneatur dare pro dicto terratico et cetera. Locator promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Galesa Dominici et Stoyslauo Iuhauicg, testibus uocatis et rogatis.

57.

6. V. 1386. Eodem die C. Cum olim Luba, relicta olim Ratci (me – precrtano) prenomine Medan de Sibenico dimisserit in aliquo bono opere ecclesie santi Dominici de Sibenico gonaios duo de terra sua (sita – precrtano), posita in Grebac in loco uocato
L. 26. Ieligne (L. 26.) pro anima sua et parentum (suum – precrtano) suorum, per suum ultimum testamentum, scriptum et conditum manu Slauogosti, notarij infrascripti, sub millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indicione secunda, die vigessimo primo mensis aprilis et cetera. Quam dictam terram religiosus vir frater Marchus ordinis Predicatorum, prior conuentus dicte ecclesie, et nobilis vir ser Georgius Crusuenaçicg, tamquam procurator dicte ecclesie, nomine et uice ipsius ecclesie, poni fecerunt publice ad incantum, mandantes Dragogio preconi comunis Sibenici, quod ipsam terram incantare deberet per dies quindecim continuos per ecclesiasticas platheas et alia loca consueta dicte ciuitatis, secundum statutum et ordines Sibenici. Qui preco retulit se dictam terram publice incantasse per dies quindecim continuos et ultra per loca suprascripta. Et quia nemo comparuit qui se plus daturum
Stephani Maphei. offeret, neque tantum quantum Stephani Maphei de Sibenico, qui se daturum obtulit pro dicta terra libras octo paruorum. Idcirco prefati prior et procurator, nomine quo supra,

factis prius tribus inuitis per dictum preconem, ut moris est, (di – precrtano) uendiderunt et per publicum incantum deliberauerunt et tradiderunt iure proprio in perpetuum dicto Stephano presenti, stipulanti, ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, dictam terram duorum gonaiorum, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs ad habendum et cetera. Et hoc pro precio suprascripto, quod precium totum (dictus – precrtano) dicti venditores, nomine quo supra, contenti et confessi fuerunt ipsos habuisse et recepisse a dicto emptore et cetera, promisserunt excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Daniele Marini examinatore, Dismano Grubse et Cuitano Drasacij, testibus uocatis et rogatis.

58.

Die septimo mensis maij. C. Ser Antonius Mauri de Rasolis de Iadra, et nunc habitator Sibenici, cum consensu et uoluntate dicti sui patris, ibidem presentis et ad omnia et singula infrascripta ratifica(n)tis ex una parte, et ser Batista Michaelis de Florencia, et nunc habitator Sibenici, ex altera parte, sponte et ex certa sciencia (comp – precrtano) per hoc presens instrumentum compromisserunt se, et compromissum et comissionem fecerunt per ratam transaccionem et amicabilem composicionem in (prouidum virum ser Zilium Gulielmi de Albanis de Regio cancellarium Sibenici – precrtano) nobilem virum Iohannem Petri Bogdani, absentem tamquam presentem, in arbitrum et arbitratorem, et amicabilem compositorem et comunem amicum, de omnibus et singulis questionibus, peticionibus, litibus, controuersijs seu differencijs aut discordijs, que sunt, uertuntur, et esse et uerti sperantur inter ipsas partes, coram regimine Sibenici uel extra, tam per publica instrumenta quam per scripturas propria manu ipsorum uel alicuius ipsorum, et eciam quacumque de causa, racione uel modo, que dici possint, uel aliqualiter cogitari, temporibus retroactis usque ad presentem diem, uolentes quod hoc compromissum sit plenum et plenissimum, et generale et generalissimum, et in eo sint et intelligantur, et ueniant omnes contenciones, controuersie et lites, ac peticiones, que inter ipsas partes uel (alterum – precrtano) alteram earum esse possent uel oriri, ita ut dictus arbiter et arbitrator, et amicabilis compositor per ratam transaccionem et amicabilem composicionem, et per omnem modum, per quem uoluerit, et ei placuerit et uidebitur, possit dicere, sentenciare, absoluere, condempnare, precipere, statuere et ordinare hodie per totam diem, partibus presentibus et absentibus, citatis et non citatis,

L. 26a.

7. V. 1386.

Antonij Mauri.

Batiste Michaelis.

semel et pluries, stando et sedendo, iuris ordine seruato et non seruato, quocumque loco et tempore, tam de iure quam de facto, promittentes sibi inuicem dicte partes per solempnem stipulacionem firma et rata habere et tenere, attendere et obseruare ea omnia et singula, que per dictum arbitrum et arbitratorem, et amicabilem (compositorem) dicta, sentenciata, arbitrata, arbitramentata, laudata et pre-
L. 27. cepta fuerint, (L. 27.) sub pena florenorum centum auri, soluendorum parti obseruanti per partem non obseruantem. Et pena soluta uel non (rato manente contractu – precrtano) nichilominus laudum, arbitrium, sentencia ferenda per dictum arbitrum in sua firmitate perdurent, pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter obseruandis, dicte partes obligauerunt sibi inuicem pignori omnia eorum bona presencia et futura. Actum Sibenici in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Martino Tisci et Georgio Cipriani Radini, testibus uocatis et rogatis.

59.

L. 27a. Die octauo mensis maij. C. Dominicus Vsaticg de Sibenico
8. V. 1386. per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Heruatino Petchouicg de Sibenico
Heruatini libras duodecim denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit,
Petchouicg. uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum integram dimidiam tocius loci sui, tam vacui quam coperti, videlicet dimidiam inferiorem dicti loci, positi Sibenici in Gorica iuxta murum antiquum ciuitatis Sibenici, et iuxta aliam dimidiam dicti loci predicti Dominici, et iuxta uiam publicam ex duabus partibus, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs dicte dimidie uendite integre pertinentibus, ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Martino Pribacij, et Petro Radicheuicg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

60.

8. V. 1386. Eodem die C. Cum pro execucione cuiusdam sentencie late per regimen Sibenici in fauorem Nicolai Gregorij Dudlicg de Sibenico.

(Dalje prekinuto i precrtano.)

61.

L. 28.

12. V. 1386.

Iacobi aurificis.

Die duodecimo mensis maij. C. Dragoslauus Iohannis, prenomine Ueles, de insula Zlarin, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Iacobo aurifice condam Ostoye, aurificis de Sibenico, libras viginti vnam denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum gonaios tres de vinea sua, videlicet de (vinea – precrtano) pecia superiori ex una parte ex qua idem Iacobus (exi – precrtano) elligere uoluerit, posita in insula Zlarin in loco uocato Platac iuxta vineam (dalje ostalo prazno), cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera, saluo semper iure terratici domini terre et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in logia comunis presentibus ser Daniele Marini examinatore, Dragota Iohannis et Butchone Gregorij, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 26. augusti in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Perfsa Stancij et Georgio Lubosij, testibus, cancellata fuit dicta nota de mandato dictarum parcium, quia aliud instrumentum hodierna die inter se fecerunt.

62.

L. 28a.

11. V. 1386.

Georgij Dominici Brodaricg.

Lucie, filie olim Prebisci.

Die vndecimo mensis maij. C. Lucia, filia olim Pribisci de Sibenico per hoc presens instrumentum dedit pacto et concessit ad affictum (v – precrtano) Georgio Dominici Brodaricg de Sibenico, presenti et recipienti, vnum locum suum, situm Sibenici in Punta, iuxta domum dicti Georgij, et iuxta domum Blasij marinarij, et iuxta uiam vicinalem, et iuxta uiam publicam, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, hinc usque ad sex annos proxime futuros, ita quod dictus Georgius ipsum locum ex nunc usque (ad) dictum terminum uti ualeat et tenere, habere et possidere, qualiter et quomodo sibi melius uidebitur, dando et soluendo dicte Lucie quolibet anno solidos viginti paruorum pro affictu dicti loci, videlicet in fine cuiuslibet anni. Ellapsis uero dictis sex annis quod dictus Georgius debeat sibi accipere et auffere omnia lignamina de dicto loco, et locum liberum et expeditum dimittere dicte Lucie et cetera, locatrix promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Iohanne Stoyslaui Guduchanin et Drusano Iohannis, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum pro Georgio.

63.

11. V. 1386.

Comissarii olim ser Petri Tolini.

Die predicto C. Stephanus condam Radouani Hualimericg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Dragota Radetini, tamquam a fideicomissario testamenti olim ser Petri condam Tolini Bratci de Sibenico, dante et soluente de bonis dicte comissarie libras quinque denariorum paruorum, quas dictus Stephanus habere debebat de bonis dicte comissarie, vigore dicti testamenti predicti olim ser Petri. Quare dictus Stephanus per se et suos heredes et successores fecit L. 29. dicto ser Dragote, stipulanti nomine quo supra, (L. 29.) pro se et suis (heredibus et) successoribus finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denarijs, per ipsum Stephanum perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis dicti ser Dragote, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Cipriano Georgij et Butchone Gregorij, testibus uocatis et rogatis.

64.

12. V. 1386.

Georgij Iudei condam Marci.

Die duodecimo mensis maij. C. Pribislauus Draganouicg, habitator Sibenicensis, per hoc presens instrumentum promissit et se obligauit Georgio, prenomine Zudicg, condam Marci de Sibenico, stare et perseuerare apud eum pro famulo et mercenario, hinc usque ad vnum annum proxime futurum, prestando sibi laborerium et seruicium fideliter suo posse, et precepta eius et sue familie digna et iusta obediendo, et res eius et cuiuscumque alterius, que penes eum fuerunt, omni dolo et fraude remota, custodiendo et saluando, et ex eis furtum non faciendo, nec uolenti facere consenciendo, nec ab ipso discedendo usque ad terminum suprascriptum. Et hoc imo quia dictus Georgius promissit dicto Pribislauo se obligando dare et consignare debite et decenter totum victum, uestimentum et calciamentum, hinc usque ad terminum suprascriptum, et in fine dicti termini ipsum liberum dimittere, dando sibi pro eius pacto, precio et merito libras quindecim denariorum paruorum, et insuper uestimenta (et – precrtano) linea et grissea pro persona ipsius Pribislaui, et calciamenta omnia noua et cetera. Promisserunt vicissim attendere et cetera, sub pena librarum viginti quinque denariorum paruorum et cetera. Actum Sibenici in plathea, comunis, presentibus ser Daniele Marini examinatore, ser Nicolao Gregorij Dragoij et Bogdano barberio, testibus uocatis et rogatis.

65.

Die terciodecimo mensis maij. C. Nobilis vir ser Nicolaus Michaelis Toboli de Sibenico per hoc presens instrumentum dedit pacto et concessit ad pastinandum Radoslauo Veselchouicg de Macra, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, gonaios quatuor de quadam terra sua, videlicet ex parte superiori dicte terre, posite in campo Macre prope Polstich iuxta uiam publicam, et iuxta residuitatem terre dicti locatoris, et iuxta terram heredum olim ser Radoslaui Georgij, et iuxta terram ser Tomasij Michicg, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs. Quam dictam terram gonaiorum quatuor promissit dictus Radoslauus totam cum bonis vitibus perplantare suis sumptibus et expensis, hinc usque ad tres annos proxime futuros, et ipsam pastinacionem et eius iura manutenere fideliter et colere diligenter, secundum statutum et ordines Sibenici, dando dicto ser Nicolao et eius heredibus et successoribus quolibet anno ibidem in vinea integram et paratam quartam partem tocius musti, et aliorum fructuum quicquid dicta terra produxerit germinando, et reliquas tres partes sibi retinendo pro suo labore. Quam concessionem predictam promissit dictus locator per se et suos heredes et successores dicto conductori et eius heredibus et successoribus ab omni contradictore in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Et hec omnia et singula suprascripta promissit dictus conductor per se et suos heredes et successores dicto locatori et suis heredibus et successoribus plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sub pena contenta in statuto comunis Sibenici, et reffeccione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et sub obligacione (L. 30.) sui et omnium bonorum suorum presencium et futurorum, et pena soluta uel non rato manente contractu. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in procuratoria comunis, presentibus ser Daniele Marini examinatore, Radoslauo Obradi et Dissino Petri, testibus uocatis et rogatis.

L. 29a.

13. V. 1386.

Ser Nicolai Michaelis Toboli.

Radoslaui Veselchouicg.

L. 30.

Publicatum pro conductore.

66.

Eodem die. C. Radoslauus Suetini de Sibenico omni modo, uia, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit, fecit, constituit et ordinauit nobilem virum ser Michaelem Ratci de Sibenico, absentem tamquam presentem, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium

13. V. 1386.

Radoslaui Suetini.

specialem, ad omnes et singulas eius causas, lites, questiones et controuersias, quas ipse constituens habet uel habere sperat cum Michaele Galçicg de Sibenico, super quibuscumque rebus et negocijs, coram regimine et curia Sibenici, tam ecclesiastica quam seculari, et tam presenti quam futura, et tam in agendo, recipiendo, petendo, quam in defendendo et cetera, generaliter et ad plenum, cum clausullis oportunis et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis ser Dragote Radetini, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Dragota Radetini et Radohna Iohannis, testibus uocatis et rogatis.

67.

L. 30a.

14. V. 1386.

Ser Martini Tisci.

Die quartodecimo mensis maij. C. Tolenus brauarius condam Radouani de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepise a nobili viro ser Martino condam Tisci Chergote de Sibenico libras quadraginta denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam vineam suam gonaiorum duorum uel circa, videlicet tam vites quam terram, sitam in Grebac in loco uocato Chonoba, iuxta vineam dicti emptoris, et iuxta vineam ser Stephani Dragani, et iuxta vineam Georgij Hrabricg, et iuxta terram dicti Toleni, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis Cole apotecharij, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Radlo Radouani et Andriolo Nastasselli, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

In margine: 1387., indictione 10., die 11. augusti, in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Cosma Radunicg et Peruoslauo Iurcin, testibus, dictus ser Martinus contentus fuit se recepisse a dicto Toleno predictas libras XL paruorum pro quibus sibi restituit dictam vineam in pristinum statum et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

68.

14. V. 1386.

Toleni Radouani.

Eodem die, in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis C. Dictus emptor sponte et ex certa sciencia, ac de gracia speciali, promissit et se obligauit dicto venditori predictam vendicionem liberam in pristinum statum, quandocumque post primam percepcionem redituum, proxime futurorum, dictus Tolenus dabit predicto ser Martino libras qua-

draginta paruorum, hinc usque ad duos annos proxime futuros et cetera. Ellapsso uero dicto termino non possit ipsam redimere et cetera. Actum ut supra.

69.

14. V. 1386. Presbiteri Stancij Pauli. L. 31.

Eodem die, in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Presbiter Stancius Pauli de Sibenico omni modo, iure et forma, quibus melius fieri potuit et decuit, fecit, constituit et ordinauit nobilem virum Iohannem Michaelis Naplauicg de Sibenico (L. 31.), absentem tamquam presentem, suum uerum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, ad omnes et singulas eius causas, lites, questiones et controuersias, quas ipse constituens habet uel habere sperat cum quacumque et quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam secularibus, collegijs uel vniuersitatibus, super quibuscumque rebus et negocijs, et coram quocumque rectore et iudice, tam canonico quam seculari, tam in agendo, recipiendo, petendo, quam in defendendo et cetera, generaliter et ad plenum cum clausullis oportunis. Actum Sibenici ut supra.

70.

14. V. 1386.

Presbiteri Stancij Pauli.

Eodem die. C. Quoniam facta et sumata omni racione inter presbiterum Stancium Pauli de Sibenico ex una parte et Ciprianum Stancij Chuse de Sibenico ex altera parte, de omni eo et toto, quod vnus alteri et alter alteri ipsorum dare et soluere tenebatur temporibus retroactis usque ad presentem diem, quocumque modo et quacumque ex causa, tam per publica instrumenta, quam per testes siue quascumque alias probaciones uel scripturas, tam autenticas quam priuatas. In qua dicta racione, dictus Ciprianus contentus et confessus fuit se remansisse dare et soluere dicto presbitero (stipulanti – precrtano) presenti, stipulanti et confirmanti libras decem denariorum paruorum. Quas dictas libras dictus Ciprianus per se et suos heredes et successores dicto presbitero Stancio, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad festum Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis Antonij pinctoris, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Cuitano Drasacij et Martino Pribacij, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

(Sve precrtano.)

71.

L. 31a.

15. V. 1386.

Vesele, relicte olim Iohannis Budoij.

Die quintodecimo mensis maij. C. Nobilis vir ser Nicolaus condam Bunte Striçicg de Sibenico per hoc presens instrumentum, coram examinatore, testibus et me notario infrascriptis, per se et suos heredes et successores, non vi seu metu choactus, nec propter errorem, sed sponte et ex certa sciencia, dedit, donauit et tradidit iure proprio in perpetum, animo donandi et donacionis titulo, que dicitur inter uiuos, ita quod nequeat aliquo ingratitudinis vicio reuocari Vesele, relicte olim Iohannis Budoyeuicg de Sibenico, presenti stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus totam suam dimidiam vnius poduornice (et sedill – precrtano) gonaiorum trium uel circa, cum sua dimidia sedillis, quam poduornicam cum sedille asserebat se habere pro indiuisso cum ipsa Vesela, positam in Macra, iuxta poduornicam heredum olim Budislaui Dminisicg, et iuxta montem, et iuxta vineam Radini Golyuticg, et supra vineam ipsius ser Nicolai, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs dicte dimidie donate predicte poduornice et sedillis integre pertinentibus, tam de consuetudine quam de iure, ad habendum et cetera. (Quam don – precrtano). Et hoc imo quia dictus ser Nicolaus contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicta Vesela florenos decem auri (in auro – precrtano) in remuneracionem ipsius donacionis. Quam donacionem predictam, et omnia et singula suprascripta promissit dictus ser Nicolaus per se et suos heredes et successores dicte Vesele et suis heredibus et successoribus perpetuo tempore firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus per se (et suo – precrtano) uel alio aliqua racione uel causa de iure uel de facto, sub pena reffeccionis omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, sed ab omni homine et persona in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, Et pena soluta uel non rato manente contractu. Actum Sibenici in ecclesia sancti Saluatoris, presentibus ser Iohanne, Michaelis Naplauicg examinatore, Iohanne Chusicg et Missano Dissanicg, testibus uocatis et rogatis.

72.

L. 32.

17. V. 1386.

Francisci Dominici.

Die decimo septimo mensis maij. C. Nicolaus Gregorij Dudlicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit, se teneri et dare deberi Francisco Dominici de Sibenico libras centum et nonaginta denariorum paruo-

rum, et hoc pro certa quantitate (per – precrtano) piperis per ipsum Nicolaum empta et habita a dicto Francisco. Quas dictas libras dictus Nicolaus per se et suos heredes et successores dicto Francisco, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit ad duos terminos terminos (! dva puta) infrascriptos, videlicet medietatem hinc usque ad vnum mensem proxime futurum, et aliam medietatem deinde usque ad alium mensem proxime subsequentem, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis ser Dragote Radetini, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, dicto ser Dragota et Georgio Saraceni, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 16. augusti in plathea comunis, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Stephano Laurencij et Pribisco Pauli, testibus, (de – precrtano) ser Michael Perfci, nomine dicti Francisci, pro quo promissit de rato habendo, contentus fuit se recepisse a dicto Nicolao libras nonaginta paruorum pro residuo solucionis dicti debiti, de quibus fecit sibi finem, quietacionem et cetera, et precepit notam cancellare et cetera.

73.

17. V. 1386.

Nicolai Gregorij Dudlicg.

Eodem die. C. Piluncius condam Laurencij de Sengio per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a (V – precrtano) Nicolao Gregorij Dudlicg de Sibenico omne et totum id, et quicquid ab ipso Nicolao debuit habere et recipere temporibus retroactis usque ad presentem diem, tam per publica instrumenta, quam per quaternos, siue testes aut quascumque alias probaciones uel scripturas, tam autenticas quam priuatas, et specialiter libras trecentas et tres et solidos XIX paruorum, quas idem Nicolaus dare debeat (!) dicto Piluncio, uigore vnius publici instrumenti, scripti et conditi manu mei notarij infrascripti, sub predictis millesimo et indictione, die vigesimo nono mensis ianuarij et cetera, quod instrumentum dictus Piluncius ibidem de presenti dedit dicto Nicolao incissum. (L. 32a.) Quare dictus Piluncius per se et suos heredes et successores fecit dicto Nicolao, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem generalem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in

L. 32a.

perpetuum de (omnibus – precrtano) omni iure et accione, et de omnibus et singulis ad que idem Nicolaus dicto Piluncio actenus tenebatur, seu teneri poterat, nomine et occasione alicuius promissionis uel obligacionis sibi ab ipso actenus facte, aut alicuius instrumenti, note uel scripture, siue alia quacumque racione uel causa, absoluens et liberans totaliter eum et eius heredes et bona, et uolens quod omnia instrumenta et credita super ipsum Nicolaum actenus facta, que apparerent in futurum, quod sint cassa et uana, ac nullius ualoris uel monimenti. Et hec omnia et singula suprascripta promissit dictus Piluncius per se et suos heredes et successores dicto Nicolao et eius heredibus et successoribus perpetuo firma et rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire, aliquo modo de iure uel de facto, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Nicolao Gregorij Striçicg et Simeone Maphei, testibus uocatis et rogatis.

74.

18. V. 1386. Nicolai Cuidouicg.

Die decimo (septi – precrtano) octauo mensis maij C. Ser Maurus Stephani et Michael Petrice, tamquam procuratores ecclesie sancti Saluatoris de Sibenico per hoc presens instrumentum, nomine et uice dicte ecclesie, contenti et confessi fuerunt ipsos habuisse et recepisse a Nicolao Marci Cuidouicg de Sibenico libras duodecim denariorum paruorum, et *hoc pro residuo et complemento solucionis vnius debiti* L. 33. librarum viginti paruorum, (L. 33.) quas idem Nicolaus dare debebat dicte ecclesie vnius vnius (! occasione vnius) sentencie, scripte manu mei notarij infrascripti, sub millesimo trecentesimo octuagesimo primo, indictione quarta, die octauo mensis septembris et cetera. Quare dicti procuratores, nomine quo supra, per se et eorum successores fecerunt dicto Nicolao, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, finem quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denarijs, per ipsos procuratores perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in logia comunis, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Nicolao Michaelis Toboli, et Iohanne Misse, testibus uocatis et rogatis.

75.

20. V. 1386.

Michaelis Drasacij Butrisicg.

Die vigessimo mensis maij. C. Georgius prenomine Zudicg condam Marci de Sibenico, tamquam fideicomissarius et comissario nomine olim Radde condam uxoris Iohannis Babicg de Sibenico, ut asserebat, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Michaele condam Drasacij Butrisicg de Sibenico libras octo denariorum paruorum, pro quibus sibi, nomine quo supra, dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam terram (suam – precrtano) dicte comissarie, gonaiorum duorum uel circa, sitam in loco uocato Bogischa iuxta terram Radini Radoyeuicg, et inter montes, et iuxta terram dicti emptoris, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera. Promissit excalumpniare et cetera, super omnibus bonis dicte comissarie presentibus et futuris. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarij infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Radino Tisenicg et Dismano Hrepelicg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

76.

L. 33a.

20. V. 1386.

Disse, relicte olim Gregorij Iurisicg.

Eodem die C. Dismanus Stephani Hrepelicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Dissa, relicta olim Gregorij Iurisicg de Sibenico libras sexaginta denariorum paruorum pro capitale, et solidos quindecim paruorum pro expensis. Quas dictas libras dicta Dissa dare et soluere debebat dicto Dissmano vigore unius sentencie, scripte manu Zilij condam Gulielmi de Albanis de Regio, iurati cancellarij comunis Sibenici, sub millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione octaua, die secundo mensis maij et cetera. Quare dictus Dissmanus per se et suos heredes et successores fecit dicte Disse, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, finem, quietacionem, remissionem, absolucionem, pacem et irreuocabilem securitatem, atque pactum de non petendo aliquid amplius in perpetuum de predictis denarijs per ipsum Dismanum perceptis a dicta Dissa, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti dictus Dissmanus dedit et tradidit dicte Disse prefatam sentenciam incissam. Actum Sibenici in stacione habitacionis mei notarii infrascripti, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Pribislauo Hranacij et Nicolao Drasogij, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Publicatum.

77.

20. V. 1386. Martini Obradi Lalchouicg. L. 34.

Eodem die, in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Dissa, relicta olim Gregorij Iurisicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contenta et confessa fuit se habuisse et recepisse a Martino condam Obradi Lalchouicg de Sibenico libras sexaginta et solidos quindecim denariorum paruorum, (L. 34) pro quibus eidem ex nunc dedit et consignauit ad tenendum et possidendum domum vnam Disse, uxoris ipsius Martini, quam domum ipsa Dissa, relicta olim Gregorij hodie paulo ante exemit cum predictis denarijs a Dissmano Hrepelicg, que domus posita est Sibenici in Punta iuxta domum Stephani Dominici, et iuxta domum Stephani Uodopije, et iuxta uiam publicam, et iuxta domum Iurse de Zlarin, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ita quod dictus Martinus vnaa cum vxore sua predicta predictam domum, tamquam rem propriam uxoris ipsius Martini, uti ualeat et tenere, habere et possidere, sine contradiccione alicuis persone. Insuper uoluerunt per pactum inter eos habitum et expressum, quod si cassus (!) euenerit dicto Martino de dote restituenda uxori sue, quod ex tunc idem Martinus debeat sibi extrahere predictam pecunie quantitatem de domo suprascripta, quod si idem Martinus predictam pecuniam sibi rehabere non poterit (quod – precrtano) de domo suprascripta, quod ex tunc dicta (tenea – precrtano) Dissa, relicta Gregorij teneatur et debeat, et sic promissit, per se et suos heredes et successores, dicto Martino, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, integraliter cum effectu satisfacere (eidem – precrtano) de suis proprijs bonis predictam pecunie quantitatem eidem Martino, sub pena reffeccionis omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et sub obligacione sui (si – precrtano) et omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Et pena soluta uel non rato manente contractu. Actum ut supra. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

Publicatum.

78.

L. 34a.

20. V. 1386.

Die vigessimo mensis maij. C. Radoslauus Bogoyeuicg de catone (Gis – precrtano) Gizdauac per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se teneri et dare deberi nobili viro ser Iohanni Petri Bogdani de Sibenico libras quindecim denariorum paruorum, et hoc pro sale per ipsum Rado-

slauum empto et habito a dicto ser Iohanne. Quas dictas libras dictus Radoslauus per se et suos heredes et successores dicto ser Iohanni, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit ad duos terminos infrascriptos, videlicet libras quinque paruorum hinc usque ad festum sancte Trinitatis proxime futurum, et reliquas libras decem paruorum deinde usque ad festum sancti Dompnij proxime subsequentem, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti Radoslauus et Crayslauus, fratres et filij olim Medosij de Sibenico, precibus dicti debitoris et mandato, ac de licencia et uoluntate prefati domini curie (! comitis) et eius curie, se constituerunt fideiussores et principales solutores dicto creditori pro dicto debito, videlicet capitale, pena, dampno, expensis ac interesse, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, ita quod dicti debitor et fideiussores principaliter et in solidum teneantur, scilicet in parte et in toto, super quem et ad quem ipsorum dictus creditor uoluerit se tenere. Et pena soluta uel non rato manente contractu. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Duymo Zuraticg examinatore, Gregorio Stancouicg et Galesa Dominici, testibus uocatis et rogatis.

Ser Iohannis Petri Bogdani.

79.

Eodem die. C. Nobilis vir ser Iohannes condam Tolini Bratci de Sibenico per hoc presens instrumentum sponte et ex certa sciencia dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Simeoni condam Maphei de Sibenico, presenti, stipulanti, ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vnam terram suam gonaiorum septem et trium parcium vnius gonai, sitam in campo Morigne in loco uocato Rebine, iuxta terram ecclesie sancti Nicolai, et iuxta montem, et iuxta terram ser Antonij Petri, et iuxta terram Stephani Maphei et dicti emptoris, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera, et hoc pro precio (et) nomine precij librarum nouem denariorum paruorum quodlibet gonaium dicte terre. Quod precium totum dictus venditor contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto emptore et cetera, promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Stephano domini Michaelis et Dissmano Grubse, testibus uocatis et rogatis.

L. 35.

20. V. 1386.

Simeonis Maphei.

Publicatum.

80.

21. V. 1386. Iohannis Antonij.

Die vigessimo primo mensis maij. C. Ser Nicolaus Gregorij Striçicg per hoc presens instrumentum sponte et ex certa sciencia, promissit et se obligauit Iohanni Antonij de Firmo, stipulanti, dare et consignare eidem Iohanni castratos centum trienos medietatem et aliam quadrienos, bonos, mercatandiscos videlicet castratos Olachorum, hinc usque ad (quindecim – precrtano) quinque dies proxime futuros ante ciuitatem Sibenici, et hoc pro precio et nomine precij grossorum viginti cum dimidio denariorum paruorum quodlibet castratum. Et ibidem de presenti dictus ser Nicolaus contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto Iohanne (L. 35a.) florenos quinque auri pro ara et pro parte solucionis dicti precij. Residuum uero dicti tocius precij dictus Iohannes dare et soluere promissit dicto ser Nicolao statim cum designabit sibi dictos castratos. Et hec omnia et singula suprascripta ambe dicte partes promisserunt vicissim, scilicet una pars alteri et altera alteri plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire aliquo modo de iure uel de facto, sub pena florenorum viginti quinque auri (s – precrtano) soluendorum parti obseruanti per partem non obseruantem, et refeccione omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici in platea comunis presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Michaele Ratci et Georgio Cipriani Radini, testibus uocatis et rogatis.

L. 35a.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 24. maij in uia publica iuxta stacionem ser Iacobi Vulcete, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, ser Tomasio Dominici et Georgio genere (!) olim Crisani, testibus, cancellata fuit dicta nota de uoluntate ambarum parcium, quia utrique (!) partes vicissim fuerunt contente, et immo uoluerunt, quod ex nunc sit cassa et uana, ac nullius ualoris uel monimenti et cetera.

81.

22. V. 1386.

Ser Martini Tisci.

Die vigessimo secundo mensis maij. C. Stana, relicta olim Radoslaui Usine condam Diminoslaui de Sibenico per hoc presens instrumentum contenta et confessa fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Martino condam Tisci Chergote de Sibenico libras decem et octo denariorum paruorum (cum quibus denarijs dicta Stana – precrtano) pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam terram

olim Dobrice, relicte olim dicti Diminoslaui gonaiorum duorum cum dimidio uel circa, sitam in Grebac sub uilla iuxta uiam publicam, et iuxta terram Vulcine Prodasicg, et iuxta terram Kerstini Radijeuicg, et iuxta terram Stanini Stoyunicg, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera. Promissit excalumpniare et cetera. Cum quibus dictis denarijs prefata (olim – precrtano) Stana asserebat se uelle persoluere expensas pro obsequio funeris dicte olim Dobrice, (L. 36.) que hodie decessit. Actum Sibenici in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Stanino Stoyunicg et Vulatchone Budislaui sartore, testibus uocatis et rogatis. L. 36.

Publicatum.

82.

Die vigessimo tercio mensis maij. C. Stancius Glusçicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se teneri et dare deberi Nicolao Gregorij Dudlicg de Sibenico starios octo olei, pro quo oleo asserebat se habuisse et recepisse a dicto Nicolao integram solucionem anno proxime preterito. Quod (dicti – precrtano) dictum oleum dictus Stancius per se et suos heredes et successores dicto Nicolao, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et asignare promissit istius annone proxime uenture, tam si habebit suum oleum quam si non, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, ser Paulo Radoslaui et Iohanne Stoyslaui Guduchanin, testibus uocatis et rogatis. 23. V. 1386. Nicolai Gregorij Dudlicg.

Publicatum.

83.

Die vigessimo quarto mensis maij. C. Nobilis vir ser Nicolaus Gregorij Striçicg de Sibenico per hoc presens instrumentum, sponte et ex certa sciencia promissit et se obligauit Iohanni Antonij de Firmo stipulanti, dare et consignare eidem Iohanni castratos centum et quinquaginta, videlicet bonos et mercan(d – precrtano)tadiscos, medietatem trienos et aliam quadrienos, et hoc castratos Olachorum, hinc usque ad quinque dies proxime futuros ante ciuitatem Sibenici, et quod non debeat ultra decem non castratos, et hoc pro precio et nomine precij grossorum viginti cum dimidio denariorum (L. 36a.) paruorum, quodlibet castratum. Et ibidem de L. 36a. 24. V. 1386. Iohannis Antonij.

presenti dictus ser Nicolaus contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto Iohanne florenos octo auri pro ara et pro parte solucionis dicti precij. Residuum uero dicti tocius precij dictus Iohannes dare et soluere promissit eidem ser Nicolao statim cum designabit sibi dicta animalia. Et hec omnia et singula suprascripta ambe dicte partes promisserunt vicissim, scilicet una pars alteri et altera alteri plene attendere, et non contrafacere uel uenire, aliquo modo de iure uel de facto, sub pena florenorum viginti quinque auri, soluendorum parti obseruanti per partem non obseruantem, et refeccione omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis ser Dragote Radetini, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, Michaele Stephani Bossani et (Fip – precrtano) Filipo Homerzanicg, testibus uocatis et rogatis.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 27. maij in uia publica iuxta stacionem habitacionis Cole apotecharij, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Perfsa Stancij et Dismano Hrepelicg, testibus, cancellata fuit dicta nota de uoluntate ambarum parcium, quia ambe partes contente fuerunt vicissim, et immo uoluerunt, quod dicta nota ex nunc sit nullius ualoris uel momenti, et cetera.

84.

26. V. 1386. Ser Martini Nicolai.

Die vigessimo sexto mensis maij. C. Dragogius condam Nicolai Dragoij de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse mutuo solo amore a nobili viro ser Martino Nicolai Petri de Sibenico florenos quatuordecim auri in auro. Quos quidem dictos florenos dictus Dragogius per se et suos heredes et successores dicto Martino, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluos in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit hinc usque per totum mensem iullij (!) proxime futurum, uel ante si de primo viagio redierit Sibenicum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. (L. 37.) Actum Sibenici in stacione habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Iohanne Stoyslaui Guduchanin et Iacobo aurifice, testibus uocatis et rogatis.

L. 37.

85.

27. V. 1386.

Die vigessimo septimo mensis maij. C. Nobilis vir ser Martinus condam Tisci Chergote de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et

recepisse a Georgio Radyeuicg de Grebac libras decem et octo denariorum paruorum, pro quibus sibi ex causa uendicionis dedit, cessit, transtulit, et mandauit iure proprio in perpetuum totum suum vigorem et robur vnius publici instrumenti sui, et omnia iura sua et acciones reales et personales, utiles et directas, que uel quas habebat uel habere poterat in ipso instrumento aduersus et contra Stanam, relictam olim Radoslaui Usine condam Diminoslaui de Sibenico, occasione vnius terre gonaiorum duorum cum dimidio uel circa, posite in Grebac sub uilla iuxta uiam publicam, et iuxta terram Vulcine Prodasicg, et iuxta terram Kerstini Radijeuicg, et iuxta terram Stanini Stoyunicg, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, quam dictam terram dictus ser Martinus emit et habuit a dicta Stana, pro precio suprascripto, ut de hoc plene constat dicto publico instrumento, scripto et condito manu mei notarii infrascripti, sub predictis millesimo et indictione, die vigessimo secundo dicti mensis maij et cetera, ut in dicto instrumento plenius continetur. Quod dictum instrumentum dictus ser Martinus ibidem de presenti dedit et tradidit dicto Georgio, constituens eum procuratorem et uerum dominum, tamquam in rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quod amodo in antea suo nomine, iuribus et accionibus, realibus et personalibus, utilibus et directis, dictus Georgius predictum instrumentum, et omnia in eo contenta penitus, et dictam terram (L. 37a.) uti ualeat et tenere, habere et possidere, dare donare, et uendere, agere, petere, experiri seque tueri, et omnia et singula facere, ut ipse poterat, et ut ei ualeat prout sibi actenus ualebat, uel ualere poterat ante cessionem presentem. Quam cessionem predictam, promissit dictus ser Martinus per se et suos heredes et successores dicto Georgio et suis heredibus et successoribus perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici ante stacionem habitacionis Iohannis Merdesicg, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Radetino Radoyci et Radoslauo Bogdani Pribnicg, testibus uocatis et rogatis.

Publicatum.

Georgij Radyeuicg.

L. 37a.

86.

Eodem die. C. Martinus condam Obradi Lalchouicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse mutuo solo amore a Radoslauo condam Radmani Dobrohnicg de (Sibenico – precrtano) Birno libras viginti quinque denariorum paruorum, quas dictas libras dictus Martinus per se et suos heredes et successores dicto Radoslauo, stipulanti pro se et suis heredibus et

27. V. 1386.

Radoslaui condam Radmani Dobrohnicg.

successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluas in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit hinc usque ad festum sancti Martini proxime futurum, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti Radda, mater dicti Martini, et relicta olim dicti Obradi, precibus dicti sui filii et mandato, se constituit
L. 38. fideiutricem et (L. 38.) principalem solutricem dicto Radoslauo pro dicto debito, videlicet capitale, pena, dampno, expensis ac interesse, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, ita quod dicti debitor et fideiutrix principaliter et in solidum teneantur, scilicet in partem et in totum, super quem et ad quem ipsorum dictus creditor uoluerit se tenere. Actum Sibenici in uia publica iuxta ecclesiam sancti Iacobi, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, ser Nicolao Bunte et Marcho Slouani, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

87.

30. V. 1386. Petri Chernçicg. Die penultimo mensis maij. C. Nobilis vir ser Stephanus condam Laurencij Chafsicg de Sibenico, tamquam fideicomissarius testamenti olim Rade, filie condam Nasci, et relicte olim Dominici Çesleuicg de Sibenico, et comissario nomine predicto, ad peticionem et requisicionem Stoye, uxoris Petri Chernçicg de Sibenico, nomine et uice ipsius Petri, dixit et confessus fuit se alias per instrumentum publicum, iam sunt circa decem et nouem anni ellapsi uendidisse publice ad incantum dicto Petro Chernçicg vnum (d – precrtano) pauimentum inferiorem vnius domus, que fuit dicte olim Rade, posite in Dolac supra canipam dicti Petri, et iuxta domum heredum olim Dominici Mudrilicg, et iuxta domum heredum olim Georgij Trali mediante uia publica, et iuxta uiam publicam, cum introitu et exitu suo, et cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, pro precio et nomine precij librarum triginta duarum denariorum paruorum, quas dictus ser Stephanus, nomine quo supra, se tunc tempore dicte uendicionis a dicto Petro habuisse et recepisse, quas dictas libras dictus ser Stephanus, asserebat, se conuertisse in fabricam ecclesie sancti Viti de Sagenica, prout dicta olim Rada per suum ultimum testamentum mandauit, ac eciam ipsum pauimentum, asserebat, se tunc uendidisse vnaa (L.
L. 38a. 38a.) (cum) procuratoribus dicte ecclesie. Et quia dictum instrumentum est deperditum, ut asserebat, et nota ipsius instrumenti non potest inueniri, ideo prefatus ser Stephanus, comissario nomine quo supra, ac omni modo, iure et forma, quibus melius et firmius ualere potuit, ex nunc prout ex tunc confirmauit et approbauit dictam vendicionem per ipsum ser

Stephanum, nomine quo supra, factam dicto Petro de dicto pauimento, ad habendum et cetera, et hoc pro precio predicto, quod confessus fuit se tunc dicto nomine recepisse a predicto Petro. Et insuper promissit dictus ser Stephanus, comissario nomine quo supra, per se et suos successores dicto Petro et suis heredibus et successoribus dictam vendicionem cum omnibus suis iuribus et pertinencijs perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sed ab omni homine et persona in racione legitime defendere et excalumpniare, super (ol – precrtano) omnibus (sc. bonis) dicte comissarie presentibus et futuris. Actum Sibenici in curia Michaelis Petri Iurse, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Gregorio Cipriani et Missano Dissanicg, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

88.

1. VI. 1386.

Duymi Perfci

L. 39.

Die primo mensis junij. C. Ser Georgius Saraceni de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse mutuo solo amore a Duymo Perfci de Sibenico florenos quatuor auri, quos quidem dictos florenos dictus ser Georgius per se et suos heredes et successores dicto Duymoni, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, saluos in ciuitate Sibenici, absque omni periculo, dare et soluere promissit, hinc usque ad tres menses proxime futuros, sine aliqua questione et cetera, (L. 39.) sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Dragota Radetini et ser Flore Petri, testibus uocatis et rogatis.

89.

1. VI. 1386.

Marie, filie olim Chuchafci.

Eodem die. C. Discretus vir presbiter Stoyanus condam Petri, canonicus Sibenicensis, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Maria, filia olim Chuchafci, et relicta olim Radoslaui Stagneuicg de Sibenico, libras quatuor cum dimidia denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam vineam suam vnius gonai uel circa, videlicet tam vites quam terram, sitam in Dubroua sub Paruo Chameniçnich iuxta vineam Gregorij Ruçice, et iuxta vineam Lubse Siuoyeuicg, et iuxta vineam heredum olim Prodase chalaphati, et iuxta uiam publicam, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera. Promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Dragota Radetini et ser Iohanne Misse, testibus uocatis et rogatis.

90.

2. VI. 1386.

Gregorij Bolci.

Die secundo mensis junij. C. Cum ita sit, quod Gregorius Bolci de Sibenico asserebat sibi fore illatum certum dampnum in bladis ipsius, existentibus in territorio uille Crimin, per aliquos Olachos de catone Stoyci Bratoslaui, et quia dicta de causa prefatus Gregorius sequestrauerat cum famulo comunis equos duos, videlicet equum et cabellam de catone predicto, videlicet vnum Vulcote Mildruzicg, et aliam Pribani Boglicg de eodem catone, nunc autem dictus Gregorius, precibus

L. 39a.

dictorum Vulcote et Pribani disseruit eisdem dictos (L. 39a.) equos cum pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod dicti Vulcota et Pribanus ire debea(n)t ad dictum Stoychum et (et – precrtano) inquirere illos malefactores, qui comisserunt dictum dampnum, et tenere talem modum et uiam, quod sit dicto Gregorio integre satisfactum de dicto eius dampno, hinc usque ad octauam festi sancte Trinitatis proxime future. Quod si dicto Gregorio non erit satisfactum de dicto dampno, quod in eodem termino predicti Vulcota et Pribanus teneantur et debeant, et sic promisserunt, (dictos – precrtano) dicto Gregorio stipulanti predictos equos conducere Sibenicum, et dare in manus dicti Gregorij, et quod regimen Sibenici debeat iudicare de dicto dampno qualiter et quomodo dicto regimini melius uidebitur. Insuper uoluerunt (per – precrtano), quod si in predicto termino contra predicta fecerint, quod ex tunc in fine termini suprascripti dictus Gregorius debeat iurare, ut moris est, (u – precrtano) de ualore dicti dampni usque ad quantitatem sextariorum triginta ordei, et si sic iurabit, quod dicti (v – precrtano) Vulcota et Pribanus teneantur et debeant, et sic promisserunt per se et eorum heredes et successores dare et soluere prefato Gregorio, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, in ciuitate Sibenici dictos triginta sextarios ordei, uel tantum minus quantum iurabit, sine aliqua questione et cetera, sub pena quarti et cetera. Et ibidem de presenti Zihar Gladilçicg, Radmanus Heruatinicg et Ninac Didulouicg de dicto catone, precibus dictorum Vulcote et Pribani (se – precrtano) et mandato, se constituerunt fideiussores et principales solutores dicto Gregorio pro dicto dampno, pena, dampno (!), et expensis ac interesse, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, ita quod dicti Vulcota et Pribanus, necnon et fideiussores principaliter et in solidum teneantur, scilicet in partem et in totum, super quem et (q – precrtano) ad quem ipsorum dictus creditor uoluerit se tenere, et pena soluta uel non rato manente contractu. Actum Sibenici in (st – precrtano) uia publica iuxta stacionem habitacionis infrascripti examinatoris, presentibus ser Dragota

Radetini examinatore, Marchone capellario et Nicolao sartore, testibus uocatis et rogatis.

In margine: 1388., indictione 11., die 2. nouembris Zuanus famulus comunis retulit mihi notario, quod dictus Gregorius ex una et dictus Zihar, pro sua tercia parte, ex alia prorogauerunt terminum dicti sacramenti, hinc usque ad festum beate Barbare proxime futurum, utrum possint ad concordiam deuenire in dictum terminum, si uero ad concordiam non deuenerint, quod in fine dicti termini prefatus Gregorius debeat perficere suum sacramentum secundum tenorem dicti instrumenti.

91.

L. 40.

3. VI. 1386.

Mirci cridonis condam Radini Mirchouicg.

Die tercio mensis junij. C. Stanchus, prenomine Sasan condam Cipacij de Sibenico, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Mirchone cridone condam Radini Mirchouicg de Sibenico libras quindecim denariorum paruorum, quas idem (Stanchus dare de – precrtano) Mirchus dare debebat dicto Stanchoni in festo sancte Trinitatis proxime futuro, pro prima paga vnius debiti librarum triginta paruorum, vigore vnius publici instrumenti, scripti et conditi manu mei notarij infrascripti, sub predictis millesimo et indiccione, die quinto mensis januarij et cetera. Quare dictus Stanchus per se et suos heredes et successores fecit dicto Mirchoni presenti, pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti, finem, quietacionem, remissionem, absolucionem et pactum de ulterius et perpetuo aliquid non petendo de predictis libris quindecim paruorum per ipsum Stanchum perceptis, occasione predicta, sub pena quarti et cetera. Actum Sibenici in uia publica iuxta domum infrascripti examinatoris, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Matomano sartore et Gersano Dissanicg, testibus uocatis et rogatis.

92.

3. VI. 1386.

Ser Stephani Dragani.

Eodem die. C. Martinus Michaelis Norçicg de Sibenico per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a nobili viro ser Stephano Dragani de Sibenico florenos decem auri in auro, pro quibus dictis florenis dictus Martinus per se et suos heredes et successores dicto ser Stephano, stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, aut cui iura sua contulerit, dare et assignare promissit modios centum cementi sui in insula Zuri in cementina, videlicet de ista cementina, quam nunc facit, sine

L. 40a. aliqua questione et cetera, (L. 40a.) sub pena quarti et cetera. Et quod dictus ser Stephanus suis sumptibus et expensis debeat accipere dictum cementum in dicta insula, et conducere Sibenicum ad risichum et fortunam suam. Item uoluerunt, quod si alicui idem Martinus ex nunc uenderet de suo cemento dicte cementine pro minori precio, quod eidem ser Stephano debeat dare dictum cementum per eundem precium. Actum Sibenici in uia publica iuxta stacionem habitacionis ser Dragote Radetini, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Vulceta Iohannis et ser Iohanne Dragoij, testibus uocatis et rogatis.

93.

3. VI. 1386. Zanini Barbe. Eodem die. C. (Pribchus – precrtano) Zaninus Barba condam Nastasselli de Sibenico ex una parte et Pribchus Drazeticg de Sibenico ex altera parte, per hoc presens instrumentum, contenti et confessi fuerunt utrique inuicem tale concambium et permutacionem inter se perpetuo fecisse. In quo quidem conca(m)bio dictus Zaninus per se et suos heredes et successores dedit et tradidit iure permutacionis et concambij in perpetuum dicto Pribchoni, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, vnam vineam suam gonaiorum duorum uel circa, uel tam uites quam terram, sitam in Dubroua in loco uocato Holust iuxta vineam Iohannis Dobroij, et iuxta viam publicam, et iuxta (ostalo prazno) cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum, pro anima et corpore iudicandum, et quicquid ipsi Pribchoni et suis heredibus et successoribus exinde placuerit perpetuo faciendi, ut de suo proprio ac speciali, sine contradiccione alicuius persone C. Et uersa uice dictus Pribchus per se et suos heredes et successores dedit et tradidit iure (L. 41.) permutacionis et concambij in perpetuum dicto Zanino, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, gonaios tres uel circa vinearum suarum, positarum in insula Zlarin, quarum prima pecia vinee jacet iuxta vineam heredum olim ser Nicolai Cleme ex tribus partibus, et iuxta vineam heredum olim Iohannis Permanciricg; secunda pecia iacet (ibidem – precrtano) iuxta vineam monialium ecclesie sancti Saluatoris, et iuxta vineam Gregorij Durmanicg, et iuxta vineam successorum olim Deye (relicte – precrtano) condam uxoris olim Buncij, et iuxta vineam heredum olim Radoij Chu(l – precrtano)çile, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera, saluo semper iure terratici domini terre. Quam permutacionem predictam ambe dicte partes promisserunt vicissim, scilicet una pars alteri et altera (et a – od čega je precrtano

L. 41. Pribci Drazeticg.

»a«, a trebalo je »et a«) alteri per se et eorum heredes et successores perpetuo firmam et ratam habere et tenere, et non contrafacere uel uenire in aliquo, (sub pena – precrtano) sed rem predictam una pars alteri et altera alteri, a se cambitam et permutatam, in racione legitime defendere et excalumpniare, super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Et de predictis uoluerunt confici duo publica instrumenta similis forme et tenoris, videlicet vnicuique parti suum. Actum Sibenici in stacione habitacionis Gregorij Cipriani, presentibus ser Iohanne Michaelis Naplauicg examinatore, Iohanne Cipriani et Diminoslauo Smolani, testibus uocatis et rogatis.

94.

3. VI. 1386.

L. 41a.

Dismani Stephani Hrepelicg.

Eodem die. C. Stephanus, filius Iacobi sartoris de Sibenico, per hoc presens instrumentum contentus et confessus fuit se habuisse et recepisse a Dismano Stephani Hrepelicg de Sibenico libras sex cum dimidia denariorum paruorum, pro quibus sibi dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum vnam vineam suam vnius gonai uel circa, sitam in Magno Chamenicnich iuxta vineam dicti emptoris, et iuxta montem ex tribus partibus, cum omnibus suis iuribus et pertinencijs, ad habendum et cetera, saluo semper iure terratici comunis Sibenici et cetera. Promissit excalumpniare et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis iuxta sedillem abbacie, presentibus ser Iohanne Michaelis Bogdani examinatore, Radouano Cerchoseuicg et Georgio Stanoij, testibus uocatis et rogatis. Et ego Iohannes Michaelis Bogdani, examinator, conscius manum missi.

95.

3. VI. 1386.

Domine Prode, relicte olim ser Helie Radouani.

L. 42.

Eodem die. C. Radosius Michanicg de Zlarin per hoc presens instrumentum, sponte et ex certa sciencia, promissit et se obligauit nobili viro ser Nicolao Tudosij, stipulanti nomine domine Prode, relicte olim ser Helie Radouani de Sibenico, bene et fideliter ligonizare totam vineam ipsius domine Prode, sitam in insula Zlarin, omnibus suis laboribus et expensis, necnon et totum id, quod est ligonizatum de vinea predicta usque nunc, iterum religonizare, et hoc hinc usque per totum mensem presentem. Et ibidem de presenti idem Radosius confessus fuit et contentus se habuisse et recepisse a dicta domina Proda integram solucionem et satisfaccionem pro dicto toto opere. Et hec omnia et singula suprascripta promissit dictus Radosius per se et suos heredes et successores dicto ser Nicolao, stipulanti, (L. 42.) nomine quo supra, (s –

precrtano) pro se et suis successoribus, plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire in aliquo, sub pena librarum viginti quinque denariorum paruorum, soluendarum parti (obserua – precrtano) et cetera. Actum Sibenici in plathea comunis, presentibus ser Tomasio Dominici examinatore, ser Stephano Laurencij et ser Nicolao Gregorij (St – precrtano) Dragoij, testibus uocatis et rogatis.

96.

4. VI. 1386.

Domine Priye, relicte olim ser Dominici. Ser Tomasij Dominici.

Die quarto mensis junij. C. Domina Priya, relicta olim ser Dominici Damyani de Sibenico, per hoc presens instrumentum, sponte et ex certa sciencia, dedit pacto et concessit ad affictum nobili viro ser Tomasio, filio suo et dicti olim ser Dominici de Sibenico, presenti et recipienti, cum condicionibus infrascriptis, totam partem salinarum, sitarum in Chupinno Blato, quam olim ser Nicolaus, filius ipsius domine Priye et dicti olim ser Dominici, legauit dicte domine Priye per suum ultimum testamentum, cum omnibus et singulis iuribus et pertinencijs dicte parti integre pertinentibus, tam de consuetudine quam de iure, hinc usque ad tres annos proxime futuros, ita quod dictus ser Tomas debeat tenere et possidere, gaudere et usufructuare (dictas salinas – precrtano) dictam partem salinarum usque ad dictum terminum, sine contradiccione alicuius persone, dando et soluendo dicte domine Priye quolibet anno pro affictu dictarum salinarum florenos decem auri. Insuper et ibidem dictus ser Tomas uoluit, quod saluum sibi (sib – precrtano) sit omne ius suum, quod dixit se habere in dicta parte salinarum, tam uirtute (dicti – precrtano) testamenti dicti olim ser Nicolai, quam aliter. Et hec omnia et singula suprascripta ambe dicte partes promisserunt sibi inuicem per solempnem stipulacionem plene attendere et obseruare, et non contrafacere uel uenire (L. 42a.) aliquo modo de iure uel de facto, sub pena refeccionis omnium dampnorum et cetera. Actum Sibenici in balatorio domus dicti ser Tomasij, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Dragota Iohannis et Iohanne Vidoij, testibus uocatis et rogatis.

L. 42a.

97.

4. VI. 1386.

Domine Priye, relicte olim

Eodem die, (C. N. – precrtano) in loco predicto, coram examinatore et testibus suprascriptis. C. Nobilis vir ser Tomas Dominici Damyani de Sibenico, tamquam procurator nobilis viri ser Cipriani, fratris sui et filii dicti olim ser Dominici de Sibenico, ad infrascripta specialiter et alia constitutus, ut continetur uno publico instrumento ipsius procuracionis,

scripto manu olim Gregorij olim Martini de Gorica, tunc tempore iurati notarii comunis Sibenici, sub millesimo trecentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die nono mensis octubris et cetera, a me notario infrascripto visso (!) et lecto dicto instrumento procuracionis et procuratorio nomine predicto, per hoc presens instrumentum, sponte et ex certa sciencia dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum domine Priye, matri sue et relicte olim dicti ser Dominici, presenti, stipulanti, ementi et recipienti pro se et suis hereribus et successoribus, omnes et singulas terras ipsius ser Cipriani, positas in loco uocato Sridne Police, videlicet illas terras, que peruenerunt dicto ser Cipriano in parte, per publicum instrumentum dimissas, necnon que aliter possidet in dicto loco, cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinencijs (a – precrtano) dictis terris integre pertinentibus, tam de consuetudine quam de iure, ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum, pro anima et corpore iudicandum, et quicquid ipsi domine Priye et suis heredibus et successoribus exinde perpetuo placuerit faciendum, ut de suo proprio ac speciali, sine contradiccione ipsius ser Cipriani et cuiuslibet alterius persone, et hoc pro precio et nomine precij florenorum centum auri in auro. Quos dictos florenos dictus ser Tomas, procuratorio nomine quo supra, confitebatur ipsum ser Ciprianum (teneri – precrtano) fore debitorem (L. 43.) prefate domine Priye, matri sue, pro certis reddi(bus – precrtano)tibus salinarum, per ipsum ser Ciprianum perceptis usque in hodiernum, de illa parte salinarum, quam olim ser Nicolaus, frater ipsorum ser Tomasij et ser Cipriani, dimisserit predicte domine Priye, matri sue, gaudere in uita per suum ultimum testamentum. Quam vendicionem predictam promissit dictus ser Tomas, procuratorio nomine quo supra, per se ac per heredes et successores ipsius ser Cipriani, dicte domine Priye et suis heredibus et successoribus perpetuo tempore firmam et ratam habere, et semper tenere, et non contrafacere uel uenire ullatenus, sed ab omni homine et persona in racione legitime defendere et excalumpniare, cum refeccione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, super omnibus bonis dicti ser Cipriani presentibus et futuris. Actum ut supra.

ser Dominici.

L. 43.

(Sve precrtano.)

In margine: 1386., indictione 9., die 9. junij in palacio comunis Sibenici, presentibus ser Dragota Radetini examinatore, Radoslauo Goyslaui et Radouano Cerchoseuicg, testibus, ser Tomas suprascriptus, suo proprio nomine et nomine domine Priye matris sue, pro qua promissit de rato habendo, ac cum consensu et uoluntate eiusdem domine Priye,

ex una parte, et ser Ciprianus Dominici ex altera, constituti in presencia prefati domini comitis, et ibidem preceperunt dictam notam cancellare, uolentes quod ex nunc sit cassa et uana, ac nullius ualoris uel monimenti, quia dictus ser Tomas, nomine quo supra, contentus fuit, quod dicta domina Priya habuit integram solucionem pro sale predicta.

98.

4. VI. 1386.

Domine Prye, relicte olim ser Dominici.

